

PA 4218

.Z5 G5

Copy 1

DE

ELOCUTIONE ISOCRATEA

PARTICULA PRIOR.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES


AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS OTTO GEHLERT

GROSSSTORCVICENSIS.



LIPSIAE

TYPIS IMPRESSERUNT HUNDERTSTUND & PRIES.

MDCCLXXIV.

PA 4218
Z5G5

PATRI OPTIMO ET CARISSIMO

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

Praefatio.

De elocutione Isocratea exposituri videmur nobis jure praefari egregium illud Ciceronis¹⁾, Romanorum artis oratoriae antistitis, Graeciam semper eloquentiae principem esse voluisse atque Athenis, omnium doctrinarum inventricibus, summam dicendi vim esse et inventam et perfectam. Ut enim Athenae reliquis Graeciae civitatibus elegantiorum artium, imprimis oratoriae, laudibus praestitisse merito ab omnibus feruntur, ita inter ea quae tantum patriae comparaverunt splendoris ingeniorum lumina non imo nitere loco Isocratem optime illum de conformanda atque excolenda dicendi arte meritum etsi diu fuerunt, qui negarent, jure tamen nemo unquam infitatus est²⁾. De cujus viri omni praestantia atque auctoritate nonnulla praemittere, unde qui factum sit, ut tanta ille cum subtilitate in eloquendo elaboraret perspiciatur, a re ipsa nobis proposita non alienum videtur esse. Itaque eorum quae et scriptor de se ipse est professus et recentioris maxime aetatis viri docti de singulis Isocratis studiis disseruerunt³⁾

1) de orat. I, 4, 13.

2) vide Dionys. Halic. de Isocr. jud. Tom. V, p. 536. 37 R.

3) veluti, ut proximos quidem commemoremus, de ejus philosophia maxime H. P. Schroeder ‚Quaestiones Isocrateae‘, Traj. 1859, de arte civili W. Oncken ‚Isocrates u. Athen‘ Heidelberg 1862., de ipsa rhetorica P. Henn ‚de Isocrate rhetore‘ Halae 1861. et Aemilius Pluntke ‚Plato's Urtheil über Isocrates‘ Teil I. Jena 1871.

caute habita ratione continuam illius naturae, ingenii, studiorum memoriam repetere instituamus. In tanta autem disputandi materia, quod ne longi simus in exordio Atticae Sirenis effigiem qualis nostris quidem obversetur oculis adumbrare non possumus nisi paucis lineamentis, ne levitatis deficientisve diligentiae reprehensionem capiamus non metuimus

Jam primum statuendum est Isocrati naturam praeclaras eas animi dotes quibus Athenienses cives floruerunt esse largitam: sublimem illum pulchri ac venusti sensum ¹⁾, eximium laudis gloriaeque amorem, nobile patriae et publicarum rerum studium. ²⁾ Quam egregiam indolem quoniam excoluit Theodori patris cura liberalis ³⁾ optimorumque qui tum vigeabant auctoritate virorum consuetudo atque institutio ⁴⁾, bene de illo adolescente sperare potuit etiam Socrates ⁵⁾, quem virum illustrem cum hominum animos atque ingenia unum omnium maxime perspexisse constat, tum non forma juvenis tamquam generosi animi indice perductum obiter ⁶⁾ sed certis quibusdam usum documentis ⁷⁾ tam praeclare auguratum esse crediderim. Difficilior ad dijudicandum est Isocratis cum ipso Platone ratio ac refellendus quidem, opinor, primo loco Cicero ⁸⁾, qui de seniore ⁹⁾ Isocrate Platonem aequalem illud scripsisse male censuit, cum inter utrumque, olim sane amicos, majus paulatim intercesserit discrimen ac discidium, quam ut Plato de Isocrate tam benevole et ipse cogitare et Socratem judicantem

1) vide Isocr. or. X, 54 (κάλλος) ὃ σεμνότετον καὶ τιμιώτετον καὶ θειότετον τῶν ὄντων ἐστίν.

2) vide infra p. 9 sqq.

3) Is. XV, 161: ὁ πατήρ ἡμᾶς οὕτως ἐπιμελῶς ἐπαίδενσεν ὥστ' ἐπιφανέστερον εἶναι με τότε καὶ γνωριμώτερον ἐν τοῖς ἡλικιώταις.

4) Pfund „de Isocratis vita et scriptis“ Berol. 1833 p. 8. 9.

5) Plat., Phaedr. p. 279 A: δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Ἀνοίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι — φύσει γὰρ, ὃ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ.

6) ut voluit Sauppe „Zeitschr. für Alterthumswissensch.“ 1835 p. 403.

7) id quod videtur inesse additis illis vocibus „οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ.“

8) orat. 13, 42.

9) Egregie falsum esse Rauchenstein. „ausgew. Reden des Isocr.“ dicentem illum p. 3, adn. „der Comparativ ist bezügl. auf Plato gesagt, der 430 geboren 6 Jahre jünger war als Isocr.“ non est quod explanetur.

fingere potuerit. ¹⁾ Quae difficultas effecit ut essent, qui cum irrisione quadam Socratis illud augurium a Platone esse quasi relatum suspicarentur ²⁾, quorum tamen non minus quam Ciceronis improbandam esse sententiam omnis Phaedri dialogi ratio nos docet. Etenim Isocrates quod extremo illo dialogo Lysiae, cujus oratio amatoria propter argumentum impurum vehementem iniit vituperationem ³⁾, opponitur, fieri non potest quin, cum rejectis illis controversiis forensibus omissisque nugis amatoriis, in quibus solis fere Lysias tum versatus est, profecto praeclaras et ad omnium salutem spectantes res de quibus apte diceret sibi proposuisset ⁴⁾, majore quam ille ad virtutem indole ornatus majora etiam concupivisse videatur. Accedit quod, cum Lysias argumenta philosophorum more nec perceperit nec tractaverit alienus ille a rebus propositis generaliter definiendis ⁵⁾, Isocrates aliquanto altiorem locum occupat; qui etsi tantum abest, ut Socratis de virtutis utilitate doctrinam aut intellexisse aut probasse existimandus sit, ut beatitudinem in corporis bonis externaque fortuna ⁶⁾ magnam partem consistere sentiret, eo certe quod in sola virtute, etiamsi interdum inutilis esse videretur, omnem niti et singulorum et reipublicae spem felicitatis docuit ⁷⁾, Socratis se auditorem, haud scio an discipulum, praestitit ⁸⁾. Quae cum ita sint, non est cur Platonem inesse in Isocratis mente quandam philosophiam i. e. altius atque honestius virtutis studium tum credidisse negemus, cum familiaritatis vinculis conjuncti definitam suam uterque ac fere contrariam studiorum rationem nondum fuerint ingressi —

1) L. Spengel ‚Isocrates u. Platon‘ Abhandlungen der philosoph. Classe der bair. Acad. d. Wissensch. Vol. VII, p. 732 sqq.

2) Geel ‚de Stesichori palinodia‘ Mus. Rhen. 1838. p. 9—11. Mnemosyne 1855. IV, 227. et Bake ‚de aemulatione Platonem inter et Isocr.‘ schol. hypomn. Vol. III, p. 27—47.

3) p. 243 C.

4) Isocr. or. IV, 9: *αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημένα κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι — τῶν εὖ φρονοῦντων ἰδίων ἐστίν.* cf. XV, 3.

5) Phaedr. 262E—264 A. vide F. Blass „d. attische Beredsnkt.“ p. 376.

6) quae illum constat ab omni vitae instituto atque actione sejunxisse

7) or. VI, 35. 36.

8) cf. Schroeder p. 4 sqq.

immo philosophandi id vestigium Plato quo magis in Lysia ceterisque eloquentiae professoribus desideravit, eo lubentius in Isocrate uno debuisse laudare putandus est. Ceterum quid tandem obstat quominus voluisse Platonem amicum errantem comiter adhortari, ut omissis illis dicendi illecebris veri studio quo praecipue contineretur philosophia incumberet habeamus persuasum?

Ac si quaeritur, quosnam potissimum Isocratis errores cum Platone improbemus, ante omnia ejus est commemoranda nimia de sua arte, cui ipsius philosophiae nomen tribuere non erubuit, opinio ¹⁾, immoderata reliquarum doctrinarum reprehensio et contemptus, vanus ille sui amor atque admiratio. Quod ostentationis maxime vitium ansam dedit *Odofredo Mueller*, cujus ingeniosum quidem et aequum de Isocrate iudicium nemo non laudat, ut ejus animum non tam in ipsis argumentis quae tractaret, quam totum versari in captando auditorum plausu ac praeripienda laudum aemulis palma colligeret. ²⁾ Sed ille, ut videtur, acerbius. Quae enim Isocrates duobus eis locis ³⁾, unde *O. Mueller* sua hausit, jactat, nihil ostendunt nisi permagnam istam quam exagitamus vanitatem, qua ejus ingenuitatem obscuratam quidem, non tamen esse extinctam praeclare elucet e candida illa in celebrandis majorum virtutibus pietate, e vehementi in objurgandis suae aetatis vitiis vigore, e splendida pristinae Graecorum gloriae atque auctoritatis revocandae spe — denique e miro illo patriae reique publicae amore. Atque id ipsum salutis patriae dandae desiderium, quod in eo fuisse ne *H. Sauppe* quidem, unus ille ex acerrimis ejus obtrectatoribus, infitari ausus est ⁴⁾, judicialis generis argumentis eum male contentum ad civilem eloquentiam quam unam habuit utilem omnino videtur deduxisse. Quamquam ne in ea quidem ipse coram populo quidquam potuit consequi, quoniam vocis magnitudine atque audacia, ut reticeamus de aenea illa Demosthenicae voluntatis vi et constantia ⁵⁾, destitutus in foro numquam est versatus

1) or. IV, 10. 47. XV, 271.

2) Litterar. Graecar. hist. p. 388. 89.

3) or. V, 11. XII, 2.

4) Concedit enim p. 405 hoc: ‚Eins aber ist an Isocrates ächt u. gross, seine Vaterlandsliebe‘.

5) Quam ei defuisse bene *Oncken* monuit p. 11.

neque ullo tempore reipublicae gerendae periculum fecit. Nihilo autem setius de demonstrativo dicendi genere egregie eo meruit, quod ad civilem eloquentiam¹⁾ excolendam juvenum animos adducere studuit et ludo illo quem aperuit dicendi et suis ipsius quas composuit orationibus. Quae vero ad felicitatem patriae parandam excogitavit cur non fuerint rata, inde est causa petenda, quod a vita publica ipse alienus quo pacto reipublicae difficillimo tempore posset subveniri non cognoverat. Etenim si in campo illo latissimo et unicuique patenti vires exercuisset, intelligentiae finibus ut ita dicam prolatis suam de rerum statu et praesenti et futuro opinionem emendare potuisset. Atqui intra privatos scholae parietes concordia cunctae Graeciae temere commendata barbarorum odia voluit accendere eoque devenit erroris, ut futuram patriae magnitudinem penes eum stare somniaret, qui gladium jam strinxit, quo Graecorum libertatem ad Chaeroneam in aeternum opprimeret.²⁾ Quae cum fierent coram nobilissimorum coetu auditorum, qui quaecunque magister placido ore pronuntiabat, largo plausu comprobarent, quid mirum quod omnes erigendae reipublicae spes et consilia, quorum tenacissimus tempori ille defuit, ad irritum redacta sunt.

Quidquid vero laudis de Isocrate philosopho ac viro civili non injuria detrahitur, eum tamen a sophistis, in quorum numerum a multis solet referri, longe ac praeclare eo differre, quod nihil habuit antiquius quam ut juventutem ad patriam olim bene administrandam severe educaret ac pro viribus ipse institueret, ad unum omnes consentiemus. Quod fieri non posse ratus nisi apte eleganterque dicere discerent, praecipua cum diligentia in suis orationibus perpoliendis elaboravit non solum ut cum lenitate quadam in animos potius quam in aures influerent, sed ut haberent discipuli exempla, ad quae ipsorum dicendi artem informarent.³⁾

1) cuius eum auctorem laudare non licet, cum jam Gorgiam sine lare illum et quaestus faciundi causa vagantem sophistam e gradibus templi Olympiaci Graecos ut bellum universi Persis inferrent inflammasse testetur Philostr. vit. soph. p. 493. cf. Foss „de Gorgia“ p. 63.

2) Ac ne facta quidem illa clade Isocr. Philippum admirari destitisse comprobatur ejus epistula tertia, quam a Schaefero ut spuriam repudiatam Blass bene defendit in Mus. Rhen. XX p. 103 sqq.

3) De cuius omni juventutis educandae atque instituendae arte prae-

Ac duo quidem maxime Isocrates prudenti oratori esse videnda non ignoravit, ut excogitaret quae ad rem propositam audientibus probandam valerent argumenta (*τὰ προσίζοντα ἐνθρυμηθῆναι*) eaque ornate verbis exprimeret ac disponeret (*τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι*).¹⁾ Quem ipsum licet in orationibus forensibus aliorum astutiam et calliditatem defecisse facile intellegatur, ceterum tamen sua bene et invenisse et disposuisse testis est, ut uno certe utamur exemplo, oratio Panegyrica. In qua civibus suis pace inter se restituta bellum cum barbaris communiter suscipiendum commendaturus primum Atheniensibus summum imperium esse tribuendum inde ostendit, quod eorum sit nobilis origo, magna apud omnes homines auctoritas, egregia erga reliquas civitates merita, quae cum in domesticis institutis tum in bellicis rebus contineantur. Deinde quam vere ac logice Persis cum Graecis comparatis demonstratur illorum in bellando imbecillitas, quippe quorum rex cum Graecis conjunctus magnas res gesserit, sine eorum opera nihil umquam praestiterit, contra eos belligerans ignavum semper se praebuerit.²⁾

Quapropter non sine aliquo jure Dionysius Halicarnasensis videtur profiteri haec: *τῇ τάξει τῶν ἐνθρυμημάτων καὶ τοῖς μερισμοῖς τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τῇ καθ' ἕκαστον ἐξεργασία τοῖς ἑτέροις ἅπασιν τοῖς ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ θεωρημασι παρὰ πολὺ προτερεῖν ἠγοῦμην Ἴσοκράτην Ἀνσίου· κατὰ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν ὑποθέσεων καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως πλεῖον διαφέρειν ἢ παιδὸς ἄνδρα, ὡς ὁ Πλάτων εἶρηκεν· εἰ δὲ χρὴ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ζητόρων ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου προέστησαν.*³⁾

clare Barthelémy Anachars. II, p. 109 haec judicavit: „malgré ses défauts, auxquels ses ennemis en ajoutent beaucoup d'autres, ses écrits présentent tant de tours heureux et de saines maximes, qu'ils serviront de modèles à ceux qui auront le talent de les étudier. C'est un rhéteur habile destiné à former d'excellens écrivains, c'est un instituteur habile éclairé toujours attentif aux progrès de ses disciples et au caractère de leur esprit.“

1) or. IV, 9. cf. Cic. orat. 14, 43: Tria videnda sunt oratori, quid dicat et quo quidque loco et quomodo.

2) cf. R. Volkman „Rhetorik d. Griechen u. Römer“, qui p. 255—59 Is. orationem sextam suasoriae probum exemplum proposuit.

3) de Isocr. p. 558 cf. 542 sqq.

Attamen Isocratis in his rhetoricae partibus non infelicio summa vis cernitur in elocutione. Nam primus¹⁾ omnium insigne studium in componendis et continuandis quae orbem orationis efficiunt periodis posuit, certos verborum numeros et conclusiones statuit, mediocritatem quandam tenuit inter Gorgianam dicendi pompam et Lysiacam tenuitatem, denique elocutioni ipsi tantam tribuit operam, quantam nemo neque eorum qui ante eum orationes attigerunt nec quicumque inter posteros dicendo floruerunt. Qui quamvis ab omni vitio ipse nequaquam remotus non modo Demostheni perfecto illi orandi artificio viam eloquentiae ad summum perducendae fastigium munisse, sed reliquis omnibus dicendi normam ac praecepta dedisse quin jure videatur²⁾ non dubitamus.

En habes speciem viri, cui Atticae Sirenis nomen oblectamentorum causa quae praebet auribus non male dederunt, bifrontis illius et in contraria fere, credo, abeuntis. Qui a natura splendidis et corporis et animi dotibus exornatus intra angustum scholae spatium eloquentiae vim expromsit, sophistarum quidem doctrinae omnium acerrimus exagitator, vitiis³⁾ tamen non intactus, laudator, si Horatii licet uti verbis, temporis acti, corruptae vero quae eum tulit aetatis merus alumnus, quem alii omnibus sustulerint laudibus, alii vehementer reprehendant parvique aestiment, certe plerique subtilioris atque elegantioris elocutionis praecipuum auctorem ac formatorem agnoscant.⁴⁾

Quae cum ita sint, id maxime nobis proposuimus, ut ipsam elocutionem Isocrateam, cujus tanta est auctoritas, describere atque examinare conaremur sperantes fore ut quanto ille jure in praeclarum referretur numerum illustrium virorum, quibus Atticae eloquentiae nascentis, crescentis, adultae historia niteret, luculentius etiam appareret.

1) Cic. orat. 13, 40.: Cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi dicuntur arte quadam verba vinxisse: Theodorus autem praefracrior nec satis ut ita dicam rotundus: primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus ejus officina habita eloquentiae est.

2) O. Mueller p. 391. Cic. de orat. II, §. 94.

3) de quibus egit Pluntke p. 53 sqq.

4) Volkmann p. 333.

Ac rationem quidem disputandi ingrediendam ostendit F. Blass, qui Dionysio Halicarnassensi duce Lysiacae dictionis adumbrandae periculum fecit.¹⁾ Namque Dionysium virum illum criticum ingenique acumine non destitutum de Isocrate non solum singularem composuisse libellum, sed aliis etiam aliorum scriptorum locis saepenumero fecisse mentionem gaudemus; cujus generali de illius dicendi genere ac dignitate sententia relata de singulis videamus.

Dionysium notum est tria distinguere dicendi genera, sublime, tenue, medium (*τὸν ὑψηλὸν καὶ τὸν ἰσχνὸν καὶ τὸν μεταξὺ τούτων χαρακτῆρα*); quorum primum Thucydidem, alterum Lysiam, tertium inventum illud Theophrasto auctore a Thrasymacho Chalcedonio, a Demosthene perfectum, e philosophis Platonem Socraticum, ex oratoribus Isocratem imprimis excoluisse ac paene absolvisse ille statuit.²⁾ Quae genera ea inter se censet contineri ratione ut sublime a sermonis cotidiani usu alienum omnibus eloquendi floribus et artificiis abundet multaque habeat superflua, tenue vulgarem atque communem dicendi consuetudinem imitans ab ornatu oratorio totum absteineat summamque expetat et brevitatem et perspicuitatem, mixtum denique verborum concinnitatis studiosum neque hujus simplicitate nec splendore illius plane careat. Ac mediam quidem hanc dictionem habet praestantissimam, quippe quae plurimis gaudeat intervallis summae et affectuum et accentuum varietate.³⁾ Quam varietatis potissimum laudem cum Isocrati, quem tamen genus mixtum ferme perfecisse, ut vidimus, concedit, tum denegat ejus discipulis, qui uno eodemque periodi circulo, eisdem semper figuris, eadem vocalium implicatione aures eo vehementius offendant, quo minus id genus vitia multis, ut ipse magister, occultent gratiis. Itaque dum Demosthenis⁴⁾ ex-

1) p. 399—413.

2) de admir. Demosth. vi dic. Tom VI, p. 955—59. cf. 1000. Compositionem triplicem idem discernit (de comp. verb. Tom. V, p. 146) austeram (*τὴν μὲν ἀσθηρὰν*) politam seu floridam (*τὴν δὲ γλαφυρὰν ἢ ἀνθηρὰν*) communem s. mediam (*τὴν δὲ τρίτην κοινὴν ἢ μέσην σύνθεσιν*) ac politae quidem addicit Isocratem (p. 173).

3) de comp. verb. p. 133. 34.

4) de admir. Dem. vi dic. p. 1021—23.

cellentis illius inter omnes varietate oratoris orationibus divino quodam motu correptus summis variisque agitetur affectibus, Isocrateis perlectis sedari se constantemque induere mentem profitetur. Quare etiam in medium proferuntur Philonicus dialecticus, qui pictori conferat Isocratem eisdem semper utenti vestimentis ac figuris, et Hieronymus philosophus, cui illius orationes eleganter quidem legi sed omnibus orbae affectibus contentiore voce decentive actione pronuntiari non posse videantur. ¹⁾ Jam ab Isocrate quod abhorreat varietatis studium, qua Dionysius negat esse quidquam jucundius, abjudicatur suavitas, praesertim cum tumidis haud raro utatur figuris ac longius interdum ornamenta sua oratoria arcessat. Quo vitio abstinuisse Lysiam, candida atque inaffectedata simplicitate Isocrati tantum superiorem, quantum quaesito artificiosoque cultui praestet pulchritudo illa natura corporum propria. Nec minus Isocrateae verborum ubertati ac tumori Lysiaca brevilocutione cum laude opponitur, nam hunc sententias quantum fieri possit coartare, illum concinnitatem anxie captantem voces haud raro infigere, quarum, cum nulla sit ratio, copia oratio justo latius extendatur. Nihilo autem setius Isocrati excelsae, magnifice, splendide dicendi omnino palmam Dionysius tribuit ejusque oratoriam cum Polycleti et Phidiae arte posse comparari concedit, qui sint in magnis rebus excellentiores, cum Lysias similis sit Calamidis et Calimachi, in parvis illorum dexterorum artificum. ²⁾

Ecce locus, quem inter principes Atticorum oratorum Isocratem obtinere Dionysius, quantum ad elocutionem spectat, censet; cujus omne iudicium utrum approbemus necne, accurate ipsa illius dictione excussa eorumque quae veterum maxime reliqui scriptores censuerunt habita ratione, extrema haec commentatione colligetur.

Jam vero de singulis quaestionem instituentibus nobis visum est singulorum ipsius Dionysii verborum summam unicuique capiti praemittere ita ut non omissis eis, quae ad iudicanda ipsi observabimus ille argumentis quae Isocratis praebent orationes aut confirmetur aut refellatur. Cum autem

1) de Isocr. p. 559. 60.

2) de Isocr. p. 540—42.

tria omnino sint, unde dicendi efficiatur splendor ac majestas ¹⁾: verborum primum delectus, deinde compositio, denique ornatus, tribus etiam capitibus de re proposita erit disputandum, sed ita ut tertio demum de compositione, altero de ornatu, quippe qui verborum delectui illa aptius videatur adjungi, quaeramus. Quem ordinem etiam instituit R. Volkmann in libro illo supra jam laudato, quem quamvis in singulis ordinandis ac disponendis male interdum Quintilianum esse secutum recte arguas, hujusce tamen commentationis, quoniam unum fere habemus arbitrum, nisi rerum necessitate coacti ducem omnino non repudiavimus.

Reliquum est ut, anteaquam ad primum caput progrediamur, pauca quidem verba faciamus de Isocratis scriptis, ex quibus hujus quaestionis documenta depromsimus. Omisimus enim epistulas, quarum cum minus ad illustrandam insignem scriptoris elocutionis naturam momentum, tum dictio nuperrime satis sit exposita. ²⁾ Orationes vero quae circumferuntur unam et viginti omnes tenuimus de trium maxime auctore primae, decimae septimae, vigesimae primae viros doctos dubitasse non inscii. Ac de prima quidem ratam habeamus sententiam Pauli ³⁾, quem G. E. Benseler ⁴⁾ quoque rectissime mediam ingressum viam contra Harpocratonem et Stephanum ceterosque qui eos sint secuti concedit animadvertere: „ut singula quaedam a mente atque consuetudine Isocratis videntur abhorrere, ita tamen universum si inspicias libellum, praecipue exordio ac peroratione accuratius perpensis, mirum in modum ipsam oratoris nostri manum agnoscas. Isocratis igitur hoc esse opusculum statuimus quidem, sed cum moralis quasi enchiridii instar permultorum hominum

1) de Isocr. p. 539: καθόλου τριῶν ὄντων, ὡς φησι Θεόφραστος ἐξ ὧν γίγνεται τὸ μέγα καὶ τὸ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς δ' ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων, quibuscum cf. de Thuc. p. 862.

2) E. H. Haupt ‚de Isocratis epistulis prima, sexta, octava‘, p. 5—15. (diss. inaug.) 1873.

3) ‚Quaestiones Isocrateae‘. Heilbronn. 1828. cf. Bergk, encyclop. Hal. p. 405.

4) de hiatus p. 36. 37. Attamen B. in ipsa rhetoris editione Isocrati Apolloniatae cum aliis hanc orationem adscribere mavult; quibus maxime rebus ille permotus sit, vide infra.

manibus tritum esse et multifarie tractatum videatur, multas inde depravationes atque interpolationes tulisse mirum non est⁴. Orationem in Euthynum scriptam Benselerum idoneo teste Aristotele¹) uti sibi visum ab Isocrate male²) abjudicasse auctor est H. Usener.³) Nec minus Ludovico Kayser⁴) Trapeziticae orationis dictionem a reliquarum esse diversissimam ut concedamus iterum et saepius ea perlecta a nobis impetrare non possumus. Quarum trium orationum quae maxime sunt propria suo quaeque loco commemorabuntur.

CAP. I.

De verborum delectu

quem Isocrates habuerit apud Dionysium haec fere leguntur: εὖ πάνν ἐκλέγει καὶ τὰ κράτιστα ὀνόματα τίθει. ⁵) καθαρά μὲν ἔστιν ἡ λέξις οὐχ ἤττον τῆς Λυσίου καὶ οὐδὲν εἰκῆ τιθεῖσα ὄνομα· τὴν τε διάλεκτον ἀκριβοῦσα ἐν τοῖς πάνν τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην· καὶ γὰρ αὕτη πέφενγεν ἀπηρχαιωμένων καὶ σημειωδῶν ὀνομάτων τὴν ἀπειροκαλίαν. ⁶) — Ἰ. καθαρῶτατος δὴ τῶν ἄλλων κατὰ γε Λυσίαν ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι, μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὐρίσκω παρὰ τῷ ὀήτορι καὶ παρακλευσδαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαρῶς γράφειν ἢ καὶ λέγειν, ἐκείνων τὸν ἄνδρα παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς. ⁷)

Ac Dionysio quidem puram Isocratis non minus quam Lysiae laudanti dictionem fieri non potest quin assentiamur,

1) rhet. II, 19: ὡσπερ καὶ Ἰσοκράτης ἔφη δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν Εὐθύνοσ ἐμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὐρεῖν, quae verba frustra in oratione XXI quaeruntur.

2) Quae quidem oratio aequae ac Trapezitica quod plures et graves habeant hiatus leviolem quam ut repudientur esse causam donec exponendi erit tempus, nobis videri nunc satis habeas.

3) Mus. khen. vol. XXV, p. 603.

4) vide censuram editionis Benselerianae, quam ille egit in annall. novis philol. class. vol. 73, p. 356 sqq.

5) de Isoer. p. 539. 40.

6) ibid. p. 537. 38.

7) de Lys. p. 455. cf. de adm. vi Demosth. p. 962. 63 et Hermogen. περὶ ιδεῶν II, 11. 4: ὁ Ἰ. ἔνεκα μὲν καθαρότητος καὶ εὐκρινείας, αἱ δὲ τὸν σαφεῖ ποιούσι λόγον ιδεῖαι, πολιτικώτατος ἔστι πάντων.

dummodo ne eam improbemus rhetoris editionem, quam nisus ex parte eis, quae J. Bekker, G. Dindorf, J. G. Baiter, J. G. Strang, alii collegerunt, nobis dedit G. E. Benseler. Qui vir doctus ac de Isocrate sine dubio optime meritus in constituendis ejus verbis etsi certas quasdam regulas nimia cum obstinatione esse persecutus atque immoderate complura mutasse non immerito videtur argui¹⁾, in universum tamen recte eam sibi scripsit legem, ut scriptoris usum maxime dicendi respiceret. Itaque quoniam obsoletam ullam atticae dialecti formam in Isocratis usu esse vix ac ne vix quidem potest demonstrari nec qui scriptor tamdiu ad elaborandas singulas orationes incubuit modo hac modo illa forma usus esse putandus est, recentiores editores primo loco statuamus pro omnibus quotquot non sunt puri illius atticismi quem vocant recentioris formis probas ratasque summo jure substituuisse. Quare ubivis fere, ut potissima quidem paucis repetamus, jam exstant Atticorum communia illa atque usitata βασιλέας, Φωκέας (V, 74), Πλαταιέας (XII, 92), Θεσπιέας (XIV, 9) pro βασιλεῖς e. q. s.; πλείων et πλέον, sed omnes reliqui casus per diphthongum exhibiti²⁾; τέλειος adject., adverb. τελείως; θάλαττα et θαρξέειν non θάλασσα et θαρσεῖν; ἀθάνατος gener. commun.; ἀποστερεῖν, ἀθροίζειν, γίνεσθαι, γινώσκειν, ἐπιμελεῖσθαι, οἶμαι et ὄμην pro ἀποστέρειν, ἀθροίζειν, γίνεσθαι, γινώσκειν, ἐπιμέλεισθαι, οἶμαι et ὄμην; αἰσθάνονται (III, 5) non αἰσθονται; ἐθέλειν, ἠβουλήθην, ἠδυνάμην, ἤμελλον pro θέλειν, ἐβ., ἐδ., ἐμ.; terminationes praes. optat. οἶν (ων), οἶς, οἶ pro οἶμι, οἶς, οἶ, sed plur. οἶμεν, οἶτε, οἶεν³⁾; persona prima aor. pass. εἶμεν, genet. participii verborum in ἔμι τοντος non ντος, praepositiones εἰς, σὺν, ἕνεκα pro ἐς, ξὺν, εἵνεκεν, τοιοῦτον, τοσοῦτον, τηλικοῦτον, ταῦτόν non τοιοῦτο et q. s.; ac tanta est Isocratis diligentia, ut eum ν ἐφελκυστικόν

1) a Kaysero in illa censura, cujus quamquam non omnes reprehensiones comprobamus plerisque certe emendationibus adstipulari cogimur.

2) v. Bensel. ad Areopagit. 235—43. cf. Franke, lectiones Aeschineae Philol. 1860, Suppl. p. 437.

3) Difficiliorem esse ait Franke quaestionem de aor. optat. formis atque apud oratores Atticos εἰας εἶεν praevaluisse videri (p. 452.). de Isocr. vide Bensel. p. XXI, adnot. 10.

ubicunque pausa quaedam fit in oratione etiam ante litteras consonas posuisse probabile sit. ¹⁾

In qua dialecti subtilitate miretur quispiam quod cum de justa genitivi forma *Πειραιῶς* nulla sit dubitatio ²⁾, *Πειραιέως* scriptura ³⁾ Urbinatis praestantissimi codicis auctoritate satis videtur defendi. Quem librum certo male VI, 87 Benseler correxit, ubi ceterorum librorum lectionem *διατελέσομεν* praetulit Urbinatis *διατελοῦμεν*, quod hoc unicum sit exemplum futuri Attici verborum in *εω* apud Isocratem. Quorum verborum ut omittamus tempus futurum apud illum nos omnino non invenisse nisi XII, 109 et VIII, 140. *ἐπαινέσεσθαι*, XVIII, 41 *ἀρκέσει*, XVII, 56 *ἐγλαλῶν*, contractam formam apud Atticos longe esse creberrimam constat. ⁴⁾

Quae cum ita sint, Isocratem communem ac tritam Atticorum scriptorum dialectum pure ac fide observasse unumquemque oportet confiteri. Quod tamen in prima illa oratione tres restant formae ab Atticorum consuetudine alienae: *συνειδίσεις* § 16, *εἰδήσεις* 44, *καθίζάνουσαν* 52 ⁵⁾, quas corrigi in *συνείσει*, *εἶσει*, *καθίζουσαν* praeter librorum auctoritatem vetat artificiosa illa cum verbis *λήσειν*, *εὐρήσεις*, *λαμβάνουσαν* concinnitas, haud scio an ea non levissima sit causa cur illam orationem talem qualem ipse composuerit Isocrates ad nos pervenisse infitiamur. Neque enim ullo alio loco singularis ille concentuum amor, quem sane fuisse in rhetore infra erit ostendendum, tantam Attici sermonis normae et consuetudinis incuriam peperit. — Propter quam dialecti praecipue negligentiam fuerunt, qui hanc orationem ab juvene Isocrate esse

1) Bensel. ad Areop. p. 185—87.

2) Franke p. 442.

3) XVI. 46. XVIII, 2. 7. 38. 50. XV, 307, ubi *Πειραιῶς* nil est nisi correctura, v. Brem. exc. II, p. 201.

4) Quare Hannoverius et Cobetus illud *ἐπαινέσεσθαι* emendari iusserunt. v. Franke p. 454. — De verbis *καταφρονηθόμενος* (VI, 95), *ζημιώσεσθαι* (XVIII, 37), *ἀδικήσομαι* (II, 16), *στερήσομαι* (VI, 28. XVI, 50), *ἀποστερήσεσθαι* (VII, 34) passivo illis sensu accipiendis vide Franke p. 459—62; de ommissa praepositione *ἐν* ante *Μαραθῶνι* (IV, 91) p. 465; de restituendis flagitante sensu *φιλόνηκος*, *φιλονεικία*, *φιλονεικεῖν* I, 31. IV, 19. 85. V, 4. 113. VI, 92, p. 469—72. —

5) quibus addi potest §. 14. 16 *γονεῖς* accusativus, quem omnes perhibent libri.

conscriptam arbitrarentur. Sed, ut videtur, injuria. 'Cum enim in aliis locis manum Isocratis idemque scribendi genus quod in aliis orationibus agnoscas, non recte censebis eum modo juveniliter, modo ut virum et senem scripsisse'.¹⁾

Praetera illi opinioni totum libelli tenorem praeceptorumque quae dantur severitatem obstare affirmaverim.

Nec minus quam dialectum Atticorum reliquam dicendi consuetudinem Isocrates observavit. Quam apud optimum quemque scriptorem aliquantulum a justo nonnumquam deflectere videri noli oblivisci, quotiescunque apud Isocratem tale quid leges quale, ut exemplo utar, II, 15 *ἀρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν χροῖ τοὺς μέλλοντας τι τῶν δεόντων ποιήσῃν, πρὸς δὲ τούτοις φιλόανθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν*, quo loco scriptor subjecto non mutato a plurali subito transit ad singularem numerum.²⁾ Dicendi magistri ejusmodi variationes solent referre inter figuras quae dicuntur grammaticas, distinguentes illi enallagen numeri, personarum, temporum, casuum, modorum, quas quod hoc statim loco absolvam non esse puto cur me excusum. Ac permutatae quidem personae inveniuntur apud Isocratem VII, 9. 10: *εὐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, οὔτινες ἀπάσας μὲν τὰς πόλεις εἰς τὰ ἐπὶ Θοράκης ἀπολωλεγότες πλείω δ' ἢ χιλία τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀνηλωκότες — ἐπὶ τοιαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δις ἤδη τεθύκαμεν, θραθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐκκλησιάζομεν τῶν ταῦτα τὰ δεόντα πραττόντων*, — ubi non tam indiligentiae inconstantiaeve vitium quam artem quandam latere, cum orator, quod ab altera transit ad primam personam, se ipse peccantibus adnumeret eoque vituperationem leniat, in aperto est. — Permulta temporum permutatorum imprimis praesentis et aoristi exempla apud Isocratem existant, veluti I, 1 *ἀγαπῶσι — διέλυσε*, 6 *ἀνήλωσεν ἢ ἐμάρανε — ὑπηρέτης ἐστίν*, IV, 46 *διελίθησαν — ἐστίν*, XII, 248 *διαμαρτάνουσι — κατώρθωσεν — ἔδοξεν*, alia, quae collegit Schneider ad I, 6, 2.; atque inter utrumque tempus id maxime esse solet discrimen, ut praesenti significantur ea quae esse inter omnes

1) Bensel. de hiatu p. 36.

2) cf. IV, 14, ubi I. de se ipso modo plurali modo singulari numero loquitur ac vide quae Schneider 'ausgewählte Reden des Isocr.' vol. II. ad eum locum adnotavit.

cum omni tempore constat, aoristo, quem vocant gnomico, quae cum jam evenerint eisdem conditionibus semper evenient. — De casibus ac modis mutatis ut nil habemus, cujus faciamus mentionem, sic omnino Isocratis simplicitatem atque perspicuitatem a grammaticis figuris, quae orationem saepe elegantem, haud raro contortam reddunt, plane fere abhorruisse tenendum est. Namque praeter eam figuram quam *σύνεισιν*, sive *τὸ σχῆμα πρὸς τὸ νοούμενον σημαινόμενον* Graeci vocant ¹⁾, et attractionem, usitatissimas illas apud omnes Graecorum scriptores, apud Isocratem nullae reperiuntur nisi tmeses obliquorum casuum *οὐδείς* et *μηδείς* nominum (per praepositiones) ²⁾ et verborum transgressiones (*ὑπερβατά*). Quarum exempla leguntur I, 29 *παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὄφειλομένη*, IV, 36 *εἰς ταύτην οἰκεῖν ἰόντας*, 82 *πρὸς δὲ τοὺς οὐκ εἰσὶν ἀρμόττοντες λόγοι*, VI, 82 *μικρὸν στρατόπεδον εἰς τὴν Πελοπόννησον εἰσῆλθον ἔχοντες*, IX, 60 *πολὺ περὶ μειζόνων*, XII, 256 *ὅτι λόγος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἴδιος καὶ καλὸς μόνους τῶν Ἑλλήνων* —, qui numerus quin facile augeri possit non dubium est.

Adamavit Isocrates, id quod jam commemoraverunt editores, numeros plurales substantivorum quae dicunt abstractorum eisque quae enumeraverunt Brem. exc. VII et Bensel. ad Areop. p. 107 sqq. adjiciamus *ἀγρονομία* XIV, 28, *ἀδικία* VIII, 141 saepius, *ἀηδία* κ. *βαρύτητες* XII, 31, *ἀηδ*, κ. *λύπαι* XII, 140, *ἀθυμία* VII, 55, *ἀσχίαι* VI, 10. IV, 114. *ἀκαιρία* XV, 311, *ἀκολασία* VII, 50. 55. *ἀκρίβειαι* V, 155. VII, 40, *ἀνάγκαι* IV, 81. 84, *ἰάνομια* VI, 64, *ἀποβολαὶ* III, 32, *ἀσφάλεια* VIII, 21, *ἀτέλεια* XI, 21, *ἀτυχία* IV, 112, *ἀτυχ*. κ. *συκοφαντία* XII, 9, *βραδυῆτες* IV, 141, *βοήθειαι* IV, 125. V, 31, *δόξαι* (opp. *ἀτιμιαί*) VI, 39. X, 22. sq. alias, *δισπραξία* VI, 30. 102, *δυστυχία* IV, 169, *δυσχωρία* VI, 80, *ἐξουσία* XII, 40, *ἐπιείκεια* IV, 63. VII, 33, *ἐπιφάνεια* κ. *λαμπρότητες* VI, 104, *ἐρημία* II, 47, *εὐπραγία* VIII, 124. XII, 32, *εὐτυχία* IV, 1. X, 44, *ἡγεμονία* IV, 117, *ἡσυχία* VIII, 51, *θεραπείαι* VII, 55, *θρασύτητες* IV, 77, *καταία* VI, 102, *κακοήθειαι* XII, 142, *κακότητες* II, 41, *κακουργία* VIII, 44, *κοινωνία* III, 40, *μανία*. VIII, 141, *ὀλιγωρία* XII, 111,

1) v. Brem. exc. X.

2) Brem. exc. III.

πλεονεξίαι III, 22, V, 9. 40, περιουσίαι XI, 15, περιτιότηες X, 7, συνουσίαι II, 47, pluries, συνήθειαι I, 1 bis, τόλμαι IV, 77, τέχαι IV, 92. 163, ὕβρεις IV, 114, ὑπερβολαὶ III, 35, ὑπόνοιαι XII, 265, ὑποψίαι III, 37, φιλίαι I, 1, IV, 145, φιλοτιμίαι III, 18.

Consuevit I. omittere articulum ante nomina propria populorum et incolarum urbium paucis exceptis, quae sunt οἱ Ἕλληνες et οἱ Ἴωνες¹⁾ non minus quam ante substantivum ἄνθρωποι, ubi cum πάντες vel ἅπαντες conjungitur. — In unius hujus Attici oratoris usu esse animadvertit G. Bernhardt²⁾ inversam vocis ὁ ejusque casuum collocationem, veluti II, 18 *ἵνα τὰς μὲν (ἐργασίας) φεύγωσιν, πρὸς δὲ τὰς προθυμότερον ἔχωσιν.* cf. III, 33. 34, IV, 82. 137. 151, VII, 52, XVII, 13, alios locos complures.

Denique praemonere liceat ne ipsum Isocratem errorum ac vitiorum quorundam accusemus, quae ei librarii et editores videntur intulisse. Nam Benseler quod, ut pauca certe proferamus exempla, Urbinatis auctoritate perductus VI, 8 ceterorum librorum scripturam *ἐλοίμην ἂν* rejecit ac scripsit *εἰλόμην ἂν*, magnam I. imposuit injuriam, cum omnis loci enunciatiq̄ue conditionalis ratio optativum cum ἂν conjunctum necessario requirat. Minus placet altera, quam attigit Kayser causa, quod respondeant verbis *ἐλοίμην ἂν* quae insequuntur *αἰσχνοίμην ἂν*, minor illa, quam ut Urbinatem liceat corrigere. Nec minus grave est, quod idem ille VIII, 100 *τὴν ἦταν ἰὴν ἐν Αεὺκτροῖς*, quam justam lectionem omnes praebent codices, uno Urbinate auctore mutavit in *τὴν ἦταν ἐν Αεὺκτροῖς*. Quid vero tandem sibi voluit Isocrates X, 16 dicens *τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ λόγου ποιήσομαι τοιαύτην τοῦ γένους αὐτῆς?* quod ineptissimum esse Kaysero nemo non concedit. Quaere Urbinatis scriptura *τοιαύτην* deleta restituenda sunt reliquorum librorum repetita verba *τὴν ἀρχὴν*, quorum vim ac momentum parum intellegens scriba facile potuit explere illud *τοιαύτην*.

Haec de grammaticis satis sunt, unde Dionysius quod purum laudat Isocratis atticismum, non redarguatur; nunc de Isocrateae elocutionis perspicuitate atque evi-

1) Brem. exc. IV.

2) syntax, p. 310 adnot.

dentia verba faciamus. Cui virtuti maxime obscurorum, obsoletorum, denique insolentium vocabulorum usum apparet obsistere, quem tamen Isocratem aeque ac Lysiam, quippe qui a summa tenuitate ac simplicitate numquam fere disceserit, enixe vitasse Dionysio concedendum est.

Glossemata enim esse, ut voluerunt interpretes, duo illa verba ἀποπομπὰ V, 117 ac διεσκαριφρησάμεθα VII, 12 haud scio an possit negari. Quae cum nobis non sint difficilia ad interpretandum ¹⁾, veteres, imprimis Isocratis auditores, bene perspexisse existimandi sunt, adeo e cotidiani sermonis commercio videntur petita esse. —

Praeterea non pauca inveniuntur verba perrara quidem sed non vitiosa. Leguntur poetica εὐπαιδία 18, 72 ²⁾, ὄδουμοὶ XVIII, 37 ³⁾. εὐπροσήγορος I, 28, μηλοβότος XIV, 31, κατασφραγίζειν XVII, 34 ⁴⁾. συννεκκομίζειν XIX, 20. συμπονηρέυεσθαι XV, 224 ⁵⁾, προσδιαφθείρειν ⁶⁾ XIX, 29, προσεξευρίσκειν IV, 167 ⁷⁾, μεγαλανχεῖν XI, 4. ⁸⁾ — Cum posterioris aetatis scriptoribus habet Isocrates substantiva ἐργολαβία V, 25, καινουργία VI, 50, κοροπλάθος XV, 2, περιττότης X, 7, φιληγοία I, 18; adjectiva ἀνεξάλειπτος V, 71, εὐδιήγητος XIX, 28, κητικὸς XII, 242, περίστατος VI, 95 φιλοπροσήγορος I, 28, ὑπεροπτικὸς XII, 241; verba ἀδηφαγεῖν VI, 55, ἀνακαινίζειν VII, 8, ἀντιστρατηγεῖν XVI, 30, κατασχηματίζειν XI, 24, νοσηλεύειν XIX, 25, ξενιτεύεσθαι V, 122, παρακατοικίζειν VI, 28, προαπαγορεύειν XV, 59 (προαπέπον IV, 171, προαπέιρηκα ep. I, 1), προαποδεικνύειν III, 13, προεπιδεικνύειν III, 12, προδυστυχεῖν IV, 141. VI, 164. — Solus denique inter Graecos scriptores hisce fere videtur I. usus esse vocibus: εὐπροσηγορία et φιλοπροσηγορία I, 20,

1) vide Schneid. et Rauchenstein. ad hos locos.

2) quod substant. habet. Aeschyl. in Plat. rep. 383 A; Eur. Suppl. 490, Ion 678. Aristoph. Vesp. 1812, Lucian. dial. deor. XXII, 2. Aristot. rhet. I, 5 εὐτεχνίαν κ. πολυτεχνίαν jungit; πολυπαιδίαν legitur apud Phalarin nescio quo loco.

3) quod a tragicis etiam Plato videtur petiisse (in republ. secies est obvium.).

4) Aeschyl. Suppl. 947. Plat. Eryx. 400 A.

5) Aristoph. Lys. 404.

6) Soph. Phil. 76.

7) Aristoph. eqq. 1283.

8) Aeschyl. Agam. 1528.

κακοποιία I, 26, ξеноφονία XI, 36; ἀδιέργαστος XII, 268, ἀδιεξέργαστος V, 109, ἀνεγκωμίαστος IX, 73; ἀκαταστάτως XXI, 7, ἀκιβδήλως I, 7, ἀπροσοίστως IX, 49¹⁾, δυσκαταμαθήτως II, 33, δυσπείστως IV, 18, ἐναμίλλως XII, 7, καταπαγίως XV, 156, παρακαίρως I, 9, συκοφαντικῶς XV, 308, συμμαχικῶς VIII, 134, φιλοχηρημάτως I, 23; ἀδελφίζειν IX, 30, διακολακεύειν XII, 159, ὀλιγοψυγεῖν XIX, 39, συνδιορᾶν IV, 187, συμπαρακελεύεσθαι XIII, 21, ὑπέρκεισθαι IV, 163. — Ceterum silentio non est praetereundum amantissimum esse Isocratem adverbii participiorum perfect. passiv. atque in promptu quidem nobis sunt ἀνεμμένως VIII, 41²⁾, ἀποκεκαλυμμένως VIII, 62, ἀπονενοημένως VI, 75, ἐκκεχυμένως XV, 207, καταβελημένως XV, 305, καταπεπλασμένως VI, 98, κεχαρισμένως II, 15. V, 14. 153, πεπαιδευμένως XI, 30, πεπλανημένως 18, 43, πεφυλαγμένως VIII, 97, τεταγμένως VIII, 49. — Simile adverbii ἰοῦν ἐχόντως, apud Platonem maxime frequentis, est Isocr. λόγον ἐχόντως VII, 60.

Haec autem omnia verba tantum abest, ut orationem obscurant, ut illustrare ac distinguere eam in propatulo sit. Secundum enim Attici sermonis leges formata nec justo crebrius obvia integra perspicuitate elocutionis varietatem atque elegantiam in clara luce ponunt.

Quae quidem laus non poterit detrectari, etiamsi aliquot verba rariore quodam sensu accipienda sunt, veluti I, 15 κόσμος pro εὐκοσμία, quem usum non esse Isocrateum Benselero lubenter assentimur, qui tamen ἐλαττουμένους I, 49 ea vi dictum, ut sit inferiores ea quam de se praebuerant opinione Isocratis esse temere videtur negavisse. Similem enim brevilloquentiam habes V, 64 ubi verbum ἀτιμωθήσεσθαι imperio destitutum iri significet. Nec minus κρατεῖσθαι pro κατέχεσθαι Isocratem I, 21. cf. 15. posuisse B. male infitatus est immemor ille loci X, 60, ubi leguntur ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς αὐτῶν ὑπὸ τούτου κρατουμέναις συγγνώμην ἔχουσι. — Rarior est verbi κατακερῆσθαι IV, 74 significatus ‚consumpta esse’ oppositi illius v. παραλέλειπται. —

Isocratei igitur sermonis quoniam et integritatem et perspicuitatem demonstravimus, restat ut de commo-

1) Aeschyl. Pers. 91: ἀπρόσοιστος ὁ Περσῶν στρατός.

2) quod apud reliquos etiam Atticos crebrum est.

ditate quaeratur. Namque dicturus quibus ornatur oratio prius ea quae sunt huic contraria laudi attingam; nam prima virtus est vitio carere. Igitur ante omnia ne speremus orationem fore ornatam, quae probabilis non erit. Probabile autem Cicero ¹⁾ id genus dicit, quod non plus minusve est quam decet, quia vitium est ubique quod nimium est.²⁾ Atque Isocrates quidem non tam quod brevior quam justo uberior atque copiosior in singulis uti solet dictione castigandus est, frequentissimus ille in eligendis atque iterandis quibus facile carebimus vocabulis.

Primo autem loco multarum dicendi ambagum fiat mentio, quarum ut usu moderato orationem Isocrates illustravit ita abundantia male haud raro dilatavit, quem saepius prope modum dixerim quam simplex verbum plura quae hoc circumscribunt vocabula posuisse.

Simplicissimum, non tenuissimum dicendi circuitum constat effici conjungendo verbi participio cum εἶναι veluti apud Isocratem II, 2 τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ παιδεύοντα pro πολλὰ παιδεύει, nec quisquam est qui illud multo hoc esse gravius ac vehementius neget. In qua circumscribendi ratione ille quamvis multis sit, non inepte versatur, ita ut dicendi vigor atque gravitas suo semper loco amplificentur. Comparanda cum II, 2 sunt III, 6 σχεδὸν ἅπαντα τὰ δι' ἡμῶν μεμηχανημένα λόγος ἡμῖν ἐστὶν ὁ συγκατασκευάσας, X, 6 ἐστὶ δ' ἡ περὶ τὰς ἔριδας φιλοσοφία δυναμένη τοῦτο ποιεῖν, XV, 307 τίς δ' ἦν ὁ μετ' ἐκεῖνον τοὺς Ἑλληνας ἐλευθερώσας καὶ τοὺς προγόνους ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὴν δυναστείαν ἦν ἔσχον προαγαγών; ἔτι δὲ τὴν φύσιν τὴν τοῦ Πειραιέως κατιδὼν καὶ τὸ τεῖχος ἀκόντων Λακεδαιμονίων τῇ πόλει περιβαλὼν; τίς δ' ὁ μετὰ τοῦτον ἀγγυρίον καὶ χρυσίον τὴν ἀκρόπολιν ἐμπλίσσας καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους μεστὸς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ πλοῦτος ποιήσας; praeterea VIII, 64. XII, 158 alii loci permulti. Simillima sunt substantiva, quae vocantur verbalia, veluti ἀχροατῆς, εὐρέτης, ζηλωτῆς, μιμητῆς, προδότης consociata illa cum verbis εἶναι, γίνεσθαι, παρέχειν seu παρασκευάζειν αὐτὸν, qualia occurrunt Is. I, 6. 17. III, 13. 17. VIII, 1. pluries.

1) part. orat. VI, 19.

2) Quinctil. VIII, 3, 42. cf. Aristot. rhet. III, 2 ὠρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι κ. μήτε ταπεινὴν μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρόπουσαν.

Sexcenties posuisse I. ad simplicis verbi notionem circumscribendam verbum ποιῆσθαι cum nominis accusativo jam E. H. Haupt¹⁾ exposuit eisque quae ille attulit exemplis addamus rariora τὰς ἐντεύξεις I, 20, τοὺς κινδύνους III, 24. IX, 36. XIV, 42, κοινωνίαν III, 40, ἀράς IV, 137, ἰκετείας κ. δαίσεις VIII, 138, τὰς δαίσεις XIV, 54, παράταξιν X, 53, θεραπείαν XIV, 36, τὴν ἀποστέρησιν XVII, 46, τὴν διαλλαγὴν XVIII, 14, τ. φάσιν (τῶν χρημάτων) XVIII, 6. 8. Pari modo ποιῆσθαι verbum jungitur cum adjectivi accusativo: ἀνάστατον (τ. πόλιν) IV, 181 cf. V, 20. 74. VI, 27, ἐκδότους IV, 122, μεστοὺς XV, 30, καταφανῆς XV, 76, φανερόν VIII, 66; cf. ἐκποδῶν XV, 175. XVI, 137.

Sed aliis etiam verbis scriptor similiter utitur, velut καθίσταναι εἰς ταπεινότητα IV, 118, εἰς ταραχὴν VI, 77. VIII, 20, εἰς πολιορκίαν VI, 44, εἰς ἀνάγκην VI, 51, εἰς ὄνειδην VI, 88; ἔχειν γνώμην III, 3, συγγνώμην IV, 14, διάνοιαν V, 23. 24, ἐλπίδας VIII, 34; λαμβάνειν αἴσθησιν I, 47, διαφορὰν I, 1, ἐπίδοσιν IV, 10 saepius, μεταβολὴν VIII, 60. VII, 6, μετάστασιν VI, 40; τυγχάνειν ἐγκωμίων IV, 186, εὐδαιμονίας 187, θεραπείας II, 47, μεταβολῆς VI, 43. — Rarior quidam id genus circuitus exstat XII, 15: οὕτως ἀνυχῶς φέρομαι παρ' αὐτοῖς pro simplici verbo ἀνυχῶ.

Quibus dicendi ambagibus etsi elegantiam atque perspicuitatem suo quamque loco posse augeri et amplificari per se patet justo tamen crebrius Isocratem usum esse opinamur, praesertim cum aliae accedant molestiae, quibus oratio latius extenditur. Comparativo enim adverbium μᾶλλον solet addi: II, 22 ὥστε πισσιότερους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους μᾶλλον ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὄρκους cf. X, 53. — Deinde velim observes πάλιν ἀνέλαβε III, 28. cf. V, 22. VI, 104. VIII, 6, πάλιν ἀνακεκαινισμένης VII, 8, πάλιν ἐπανελθόντες VI, 82, π. ἐπανήγαγε IX, 66, εἰ προεπιδείξαμι πρῶτον III, 12, ἔξω τῆς γῆς ἐξέπεμψε XXI, 2. Quare non dubitamus tenere cum Benselero X, 61 Urbinatis lectionem κάτω κατακαλέσονται. — Nec minus multum esse Isocratem in repetendis eisdem quas jam exposuit rebus verbis idem significantibus, innumerabilia quae edoceant exstant exempla, ex quibus proferam IV, 73 βούλομαι δ' ὀλίγω μακρότερα περὶ τοῖν πολέοιν εἰπεῖν

1) p. 7.

καὶ μὴ τάχῃ λίαν παραδραμεῖν, IV, 154 ὡς δ' ἀπλῶς εἰπεῖν καὶ μὴ καθ' ἕν ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, X, 11 ὅσῳ τὸ σεμνύνεσθαι τοῦ σκώπτειν καὶ τὸ σπουδ' εἶναι τοῦ παίζειν ἐπιπονώτερόν ἐστιν. Huc etiam aliquo modo spectant synonyma quae vocant conjuncta, quorum in I. orationibus tanta est copia, ut sermonis vigor atque dignitas plerumque non tam distingui quam imminui nobis ¹⁾ quidem videatur. Junguntur enim, ut maxime inutilia enumeremus, sine ulla vi et arte II, 17 κίνει κ. μετατίθει, 48 τοὺς ἀγῶνας κ. τὰς ἀμίλλας, V, 77 ἀγανακτήσειε κ. μισήσειε, 85 ἐξεργάζεσθαι κ. διαπονεῖν, 110 προσήκουσα κ. πρόπεουσα, cf. XV, 92 προσήκει κ. δίκαιόν ἐστιν, VII, 61 ἰσότητος κ. ὁμοιότητος, VIII, 41 μαίνεσθαι κ. παραφρονεῖν, 83 εὐδαιμόνιζον κ. ἐμακάριζον, 112 φίλοι κ. ἑταῖροι, IX, 24 ἐκπλήττεσθαι κ. φοβεῖσθαι, XII, 48 φοβεῖσθαι κ. δεδιέναι, IX, 67 ἡμερώτερον κ. προότερον, XII, 54 εὐνοίας κ. φιλίας, XV, 322 εὐσεβεῖς κ. θεοφιλεῖς, V, 136 τὴν στρατείαν ποιεῖσθαι κ. πολεμεῖν κ. κινδυνεύειν, XII, 32 τοὺς φρονίμους εἶναι κ. τελείους κ. πάσας ἔχειν τὰς ἀρετάς. — Molestissima autem leguntur V, 134 κατὰ τὴν εὐλογίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους κ. τὴν φήμην κ. τὴν μνήμην τὴν τῷ χρόνῳ παρακολουθεῖσαν ἀθανασίας μεταλαμβάνομεν.

Nec vero singula tantummodo verba, sed tota enunciata supervacanea videntur. Quod enim leguntur XIV, 47 haec: ἐφ' αἷς (συμφοραῖς) ἡμεῖς οὐδεμίαν ἡμέραν ἀδάκρυτι διάγομεν ἀλλὰ πενθοῦντες τὴν πατρίδα διατελοῦμεν, quis est, qui verba ἡμεῖς — διάγομεν incolumi sensu deleri posse non intellegat? Atque in eis quae exstant V, 98 τηλικαῦτα κ. τοσαῦτα τὸ μέγεθος, περὶ ὧν εἰ μὲν πρὸς ἑτέρους τοὺς λόγους ἐποιούμην, καλῶς ἂν εἶχε διελθεῖν, πρὸς σέ δὲ διαλεγόμενος, εἰ τὰς σὰς πράξεις σοι διεξιόην, δικαίως ἂν ἀνόητος ἄμα καὶ περιεργος εἶναι δοκούην, omnem sententiam εἰ τὰς σὰς πράξεις σοι διεξιόην esse inutilem, ne dicam odiosam, in aperto est. Luculentissimum tamen omnium ubertatis ac tumoris exemplum nescio an legamus XIX, 27 ubi de Thrasylocho quodam haec proferuntur: τοιαῦτα δ' ἔπασχεν ὡςθ' ἡμᾶς μηδεμίαν ἡμέραν ἀδακρύτους διαγαγεῖν, ἀλλὰ θρηνοῦντες

1) Ceterum caveamus ne nimio id vertamus Isocrati vitio, namque omnino veteres ejusmodi ubertatis fuisse amantissimos scimus.

διατελοῦμεν καὶ τοὺς πόνοὺς τοὺς ἀλλήλων καὶ τὴν φυγὴν καὶ τὴν ἐρημίαν τὴν ἡμετέραν αὐτῶν, καὶ ταῦτ' οὐδένα χρόνον διέλειπεν; atque in eodem statim argumento § 28 pergitur νῦν δὲ τὰ χαλεπώτατα τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ καὶ δυσχερέστατα καὶ πόνοὺς ἀηδεστάτους ἔχοντα κ. πλείστης ἐπιμελείας δεηθῆντ' οὐκ εἰδιήγητ' ἐστίν. Ac ne in illa quidem de pace oratione, cujus paragraphos 41—50 ipsas Dionysius affert comparaturus Isocratē cum Demosthene deesse, quae cum paucis potuerint offerri verbose producantur ac dilatentur ipse ille argumentis comprobavit eorumque breviandorum rationem proposuit. ¹⁾

Quae autem commemoravimus exempla, quibus plura in unaquaque fere pagina facile deprehenduntur, alienum esse ab Isocrate breviter illud et concise exhibendarum sententiarum studium affatim ostendunt. Quapropter fieri non potest, quin toti assentiamur Dionysio hac de re professo haec: ἡ λέξις ἢ Ἰσοκράτους στρογγύλη οὐκ ἔστιν καὶ συγκεκροτημένη καὶ πρὸς ἀγῶνας δικανικοὺς εὖθετος· ἔπτια δ' ἐστὶ μᾶλλον καὶ κεκμημένη πλουσίως οὐδὲ δὴ σύντομος ἀλλὰ καὶ κατασκευῆς καὶ βραδύτερα τοῦ μετρίου.

Sed alterum etiam vitium, quod κακόζηλον Graeci ³⁾ vocant, dictioni probae justaeque notum est obstare, exortum illud e nimio quodam omnibus floribus oxornandae orationis studio. Quod idem Dionysius reprehendit in Isocrate, quippe qui floridae ac theatralis elocutionis amantissimus a decoro haud raro aberret magnifico ille ornatu numerosaque compositione non suo saepe loco usus. ⁴⁾

Atque ea quidem vituperatio ad alterum hujus opusculi caput descendere cogit, quo quaerimus

1) de Dem. vi. dic. adm. p. 1008—1015.

2) de Isocr. p. 538.

3) Demetr. de elocutione §. 186. Idem vitium Aristoteles dicit τὸ ψυχρὸν idque existere docet (Rhet. III, 3) ex usu poeticorum atque insolensium compositorum, ineptorum et cumulatorum epithetorum, incommodarum longiusque ascitarum translationum — in quibus omnibus adhibendis Isocratē sibi temperasse partim exposuisse nobis videmur partim jam esse demonstraturos nos speramus.

4) de Dem. vi. dic. p. 1007. 8: οὐ δὲ δὴ τοῦ πρόποντος ἐν ἅπασιν ἐπιτυγχάνει. ἀνθηρὰν δὲ καὶ θεατρικὴν ἐκ παντὸς ἀξιώων εἶναι τὴν διάλεκτον ὡς τῆς ἡδονῆς ἅπαν ἐχούσης ἐν λόγοις τὸ κράτος, ἀπολειπεται ποτε τοῦ πρόποντος, οὐχ ἅπαντα δέ γε τὰ πράγματα τὴν αὐτὴν ἀπαιτεῖ διάλεκτον· ἀλλ' ἐστὶν ὡσπερ σώμασι πρόπονσά τις ἐσθῆς·

CAP. II.

De ornatu oratorio.

Dionysii quae huc maxime pertinent verba sunt haec: κατὰ τὴν τροπικὴν φράσιν ὀλίγον τι διαλλάττει τῆς Λυσίου¹⁾ καὶ κέκραται συμμέτρως· τό τε σαφές ἐκείνη παραπλήσιον ἔχει, καὶ τὸ ἐναργές. ἡθικὴ τ' ἐστὶ καὶ πιθανή. — ὁ ἀνὴρ οὗτος τὴν εὐπέειαν ἐκ παντὸς διώκει καὶ τοῦ γλαφυρῶς λέγειν στοχάζεται μᾶλλον, ἢ τοῦ ἀφελῶς, τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λνούσας τὰς ἀρμονίας τῶν ἤχων, καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαιομένας, παραιτεῖται. — αἱ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀντίθετα, καὶ πᾶς ὁ τοιούτων σχημάτων κόσμος, πολὺς ἐστὶ παρ' αὐτῶν, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευὴν, παριστάμενος ταῖς ἀκοαῖς.²⁾

De quibus Dionysii verbis priusquam videamus, audiamus Quintilianum, qui ornatum esse dicit, quod perspicuo ac probabili plus sit³⁾; unde illas virtutes, quibus justa rataque dictio quasi fundamentis nititur, ad ornandam orationem esse aut augendas aut temperandas ei videri apparet. Neque injuria. Nam ut rectam verborum grammaticam rationem

οὗτως καὶ νοήμασιν ἀρμόττονσά τις ὀνομασία. τὸ δ' ἐκ παντὸς ἠδύ-
νειν τὰς ἀκοάς, εὐφώνων τε καὶ ἐκλέκτων ὀνομάτων ἐκλογή καὶ πάντα
ἀξιούν εἰς εὐρύθμους κατακλείειν περιόδων ἀρμονίας, καὶ διὰ τῶν
θεατρικῶν σχημάτων καλλωπίζειν τὸν λόγον, οὐκ ἦν πανταχῆ χρῆ-
σιμον.

1) Quae quidem vocabula Reiske Wolfio auctore post voces ἡθικὴ-
τ' ἐστὶ καὶ πιθανή inseri voluit; at ea mutatione facile carebimus.
Namque Dion. ubi Isocratis elocutionem laudavit puram communisque
sermonis studiosam aequae ac Lysiacam, addit etiam perspicuitatem et
evidentiam eandem esse in Isocrate atque in Lysia, cum ille tropis non
tam plane ut hic abstinuerit, quam apte ac modice usus sit. —

2) de Isocr. jud. p. 538. 39. Simillimus est locus de Dem. vi dic.
p. 962. 63; ubi tamen scrupulum faciunt verba πέφευγε τὴν τροπικὴν,
ὡσπερ ἐκείνη (ἡ. τ. Λυσίου λέξις) τὴν ἀπλὴν φράσιν. Nam e verbo
πέφευγεν ad ὡσπερ ἐκείνη τ. ἀπλ. φράσ. tale quid supplere quale
διώκει, id quod Sylburg proposuit, sine vi quadam vix possumus. Itaque
cum deficere quidquam hoc loco negare nequeamus, omnis locus esse
corruptus haud scio an nobis existimandus sit.

3) VIII, 3, 61.

temperari vidimus certis quibusdam dicendi modis a vulgari sermone alienis, ita simplici ac sinceræ dicendi consuetudini moderamur a verborum proprietate discedentes ad tropos. Amplificatur autem denique eloquendi et perspicuitas vivis illis describendi coloribus, similitudinibus, incrementis et commoditas sententiis aptis artificiosisque figuris. Atque ipse quidem Isocrates ornamenta quæ dicit *ἐὐρυθμίαν* et *ποικιλίαν* orationem non modo suaviorem sed probabiliorem reddere ac fide digniorem omninò confitetur.¹⁾ Qui quod ad illustrandam et confirmandam dicendi difficultatem oratoribus negat licere uti eisdem quibus poætæ uti solent floribus, imprimis vocabulis alienis, novatis, translatis²⁾, vide ne nobis imponat frequens ille in adhibendis, non solum ut explanavimus, verbis perraris, sed, id quod jam primo exponetur loco, etiam

tropis.

De troporum numero, generibus, speciebus grammaticos ac philosophos inter se discrepasse Quintilianus auctor est.³⁾ Quorum controversiis omissis ne omnes quidem quos hic recepit tropos agnoscamus ac rejicimus quidem onomatopœiam, catachresin, epitheton, hyperbaton, quippe quæ a translatione quadam abhorreant; tacemus de synecdoche, metonymia, antonomasia, metalepsi, aenigmate, tropis illis ab Isocratis usu alienis; tenemus metaphoram, inversionem et ironiam, certos quosdam dicendi circuitus, hyperbolen; addimus oxymoron et hystero-logiam.

Atque omnium troporum quemadmodum apud omnes scriptores sic etiam apud Isocratem creberrima ipsa est quæ dicitur translatio. Quam nihil esse aliud nisi breviam quandam similitudinem hæc ipsius Isocratis exempla doceant: I, 22 *μᾶλλον τῆρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας*. cf. VI, 19 *Ἡρακλῆς Νέστορι παρακατατίθει τὴν πόλιν*. VIII, 112 *παρακατατίθεισθαι τὴν τῶν σωμάτων σωτηρίαν μισθοφόροις ἀνθρώποις*. — XIX, 31 soror Thrasylôchi dicitur *ὥσπερ τῶν χρημάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκείνου*

1) or. V, 27.

2) or. IX, 9. 10.

3) VIII, 6. 1.

συγγενῆς οὐσα. — I, 2 πρέπει τοὺς παῖδας ὡςπερ τῆς οὐσίας οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. — II, 36 τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν. —

Iam cum in eo sit, ut potiores quibus usus sit Isocrates, translationes commemoremus, eum sequimur ordinem, ut primo loco afferantur exempla, ubi animata pro animatis posita sunt: Cujus generis haec maxime nobis in promptu sunt II, 20 ἡγοῦ θ ὕμα τοῦτο κάλλιστον εἶναι καὶ θεραπεῖαν μερίστην, ἂν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιοτάτον σαντὸν παρέχῃς· μᾶλλον γὰρ ἐλπίς τοὺς τοιοῦτους ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θιῶν ἀγαθόν, VIII, 107 ὡς θ' ἡμᾶς οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον πάλιν ἐπιπολάσαι cf. V, 64 τίς ἂν προσεδόκησεν τὰς μὲν ἀτιμωθήσεσθαι τὰς δ' ἐπιπολάσειν τῶν Ἑλληνιδῶν πόλεων, XII, 90 τὰς πόλεις τὰς γεννησάσας καὶ θρεψάσας τοιοῦτους ἄνδρας¹⁾, περὶ ὧν κ. τ. λ., VII, 43 τὰς ψυχὰς δαμασθῆναι, XII, 18 τρεῖς ἢ τέταρες τῶν ἀγελαιῶν σοφιστῶν, XIII, 16 οἱ ἄρτι τῶν σοφιστῶν ἀναφρόμενοι. — Saepissime deinde inanima pro inanimis leguntur, veluti I, 6 ἡ ῥώμη (ἄνευ φρονήσεως) ταῖς τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσεχότησεν, 29 καλὸς θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη, 46 αἱ λύπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι, 50 τῆς τῶν θεῶν στοχάσασθαι διανοίας, frequentissima haec metaphora non minus quam contraria διαμαρτάνειν, II, 2 περὶ τοῦ βίου ἀγωνίζεσθαι, 3 ὑποθήκας ὡς χρῆ ζῆρ (τῶν ποιητῶν τινες) καταλελοίπασι, 6 τάντης τῆς ἀνωμαλίας αἰτίον ἐστιν²⁾, cf. VII, 44 ἀνωμάλως τὸ περὶ τὸν βίον ἔχοντας, III, 33 τραχέως ἔχειν, cf. VIII, 75 ὑπὲρ τῆς τῶν λόγων τραχύτητος, 58 μέγιστον ἠρεῖσθε τοῖς παῖσι πλοῦτον παραδώσειν, ἣν αὐτοῖς δύνησθε τὴν ἡμετέραν εὖνοιαν καταλείπειν, IV, 13 ὡς ἐξ ὑπογυίου αὐτοῖς γέρονεν ἡ παρασκενή³⁾, IV, 28 ἡδίους ἐλπίδας, 93 οὐδεμιᾶς αὐτοῖς σωτηρίας ὑποφαινομένης cf. VI, 44. XVI, 9.⁴⁾ V, 71 τιμαὶ ἀνε-

1) Egregia haec est metaphora a matribus liberos parientibus et nutrientibus petita.

2) De viis ac locis usitata haec vox ad mores refertur.

3) vide Haupt, p. 6.

4) quo verbo de luce oriente frequenti eo praeclarius hoc loco scriptor utitur, quo saepius φῶς vocabulum apud Graecos, veluti in Iliade sexcenties, idem est ac σωτηρία.

ξίλειπτοι, 109 γέμοντα καλῶν πράξεων, cf. VII, 43. 51. VIII, 39. XII, 2. 29. 246. XV, 171. I, 12 πεπληρωμένον πολλῶν κ. καλῶν ἀκουσμάτων, 138 συνερᾶσαι τοὺς λόγους, cf. XVIII. 44 συγχυθέντων τῶν ὄρκων, VI, 52 ἐμβαλεῖν εἰς αἰσχροῦς ὁμολογίας¹⁾, 89 εἰ δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν, cf. VIII, 41 οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως μέλλω τοὺς λόγους ποιῆσθαι, cf. IX, 39. VI, 101 μὴ περιμένωμεν ὡς ἄλλων τινῶν τὰς παρούσας ἀτυχίας ἰασομένων, cf. ἀνήκεστος *adject.* IV, 110. X, 62. XIV, 9. XV, 227. XVI, 45. XX, 8. VII, 40 ἐμφράγματα (τοὺς νόμους) ποιουμένους τῶν ἀμαρτημάτων²⁾, 41 παραβαίνειν τοὺς νόμους, cf. XII, 193 saepius; XVIII, 25 π. τοὺς ὄρκους, VIII, 6 οὐδὲν τοιοῦτον ὑποτείνουσιν, 7 ἐξηρτήμεθα τῶν ἐλπίδων, 14 πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι κ. τ. λ., 67 λόγους ἀνηλώσαμεν, 95 τὴν πολιτείαν σαλευῖσαι ἐποίησεν³⁾, 140 πόσον πλοῦτον εἰσρῆσσεσθαι χρὴ προσδοκᾶν; X, 66 τοῖς πεπαιδευμένοις πρέπει τοιαύτας ποιῆσθαι τὰς ἀπαρχάς, XI, 13 τῶν ὄμβρων καὶ τῶν ἀγμῶν ὁ Ζεὺς ταμίας ἐστίν, XII, 25 πλάσσειν τὰς αἰτίας, 96 λέλυκα τὸ στόμα, 230 συνεσταλμένην ἔχων τὴν διάνοιαν, cf. XV, 193 συστέλλειν τὴν ὑπόσχεσιν, XV, 13 τοὺς φθονοῦντας ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τῆς νόσου ταύτης λυπεῖσθαι, 47 τοῖς ἐνθυμήμασιν ὀγκωδεστέροις χρῆσθαι, 268 ἐξοκεῖλειν εἰς τοὺς λόγους, XVI, 31 ἰγοῦμαι γὰρ καὶ ταύτην (τ. μητέρα τ. ἐμὴν) ἀριστεῖον αὐτὸν λαβεῖν, XX, 5 διασύρειν τὴν κατηγορίαν. — Tum inanima scriptor pro animatis posuit I, 11 δεῖγμα τῆς Ἰαπωνίου φύσεως νῦν ἐξηγητόγαμεν⁴⁾, cf. VIII, 89. IV, 98 πόλις ἀκέραιος, cf. VI, 66. IV, 150 πρὸς τὸν πόλεμον ἐκκλελυμμένος⁵⁾ cf. XV, 59 ἕνα μὴ παντά-

1) hoc verbum Is. non adhibere nisi metaphoricè ostendit Baiter ad Paneg. ind. p. 126.

2) metaphora sumpta est ab aggeribus, qui fluminibus aut mari opponuntur, ne latius evagentur. Wolf.

3) cf. Soph. O. R. 22—24: πόλις γὰρ ὡσπερ κατὰς εἰσορᾶς ἄγαν ἤδη σαλεύει κ' ἀνακουφίσει κάρα βοθῶν ἐτ' οὐχ οἶά τε φοινίον σάλον
ubi scholiasta dicit: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν χειμάζομένων νεῶν ἐν μεγάλῳ κλύδωνι ἐστίν.

4) a venditoribus, qui specimina mercium mercantibus solent proponere, cf. Schneid.

5) a languido arcus nervo.

πασιν ἐκλυθῶ, VI, 65 οὕτω δ' ἀνωμαλισμένοι ταῖς συμφοραῖς τισιν, VII, 5 ἐφ' οὓς (λόγους) καὶ νῦν τὸ πλήθος τῶν ῥητόρων ἐρῶύηκεν, cf. 44, XII, 95. VIII, 85 τοὺς μὲν ἄλλους συστέλλουσιν αἱ συμφοραὶ κ. τ. λ. X, 34 οὐχ ἄρχοντας ἀλλὰ νοσήματα τῶν πόλεων εἶναι κ. τ. λ., XV, 4 τοὺς ῥέποντας ἐπὶ τὸ πείθεσθαι, XII, 15 ἐκ τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας οὐδένα ἐξαλείψας, cf. XXI, 2. — Denique non desunt verba quae convenient animatis translata illa ad res inanimas, cf. I, 1 τὶς μὲν τῶν φαύλων σνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν, 3 ὁρῶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον, 7 ἡ τῆς ἀρετῆς κτήσις οἷς ἂν ἀκίβδηλως ταῖς διανοίαις συναυξηθῆ, μόνη μὲν συγγρηράσκει, 8 οἷς ἢ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικούτου εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλεν¹⁾, 16 τὰς ἡδονὰς θηρεύειν, cf. X, 59 θηρεῖσθαι τὴν φύσιν, 21 τῶν μὲν οἰκειῶν ἀρχεῖν ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν, cf. II, 29. III, 7 ὁ λόγος περὶ τῶν δικαίων ἐνομοθέτησεν, 9 εὐρήσομεν καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοημάτων ἀπάντων ἡγεμόνα λόγον ὄντα, IV, 71 ἀδελφὰ τῶν εἰρημένων, cf. X, 23 ἀδελφὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας εἶχον, V, 78 φήμην σαντῶ περιφρομένην, VI, 59 ἐγὼ μεγίστην ἡγοῦμαι συμμαχίαν τὸ τὰ δίκαια πράττειν, XI, 15 τούτων εἶναι φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τὴν τε περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλειαν καὶ πρὸς τοὺς νεοὺς εὐσέβειαν, VIII, 137 ὅταν εἰδῶσιν ἐφεδρεύουσιν τὴν δύναμιν²⁾, XI, 49 τῆς φιλοσοφίας ἐπικίρωσ διακεκμημένης, XIX, 15 τῶν νόμων τούτοις μὲν οὐδείς, ἐμοὶ δὲ πάντες βοήθοῦσιν. — Creberrime, ut hoc extremo attingam loco, adjectiva θνητὸς et praecipue ἀθάνατος ad inanima etiam ab Isocrate transferuntur veluti II, 32 ὁ μὲν πλοῦτός ἐστι θνητὸς, ἡ δὲ δόξα ἀθάνατος, cf. IV, 84. VIII, 94. IX, 71. VI, 109.

Satis est, opinor, exemplorum, quibus cavetur, ne ineptis longiusve ascitis gaudere Isocrates translationibus arguatur. In quibus tamen petendis semper pari eum modo esse felicem

1) metaph. petita est ab officinatore qui notas nummis imprimit.

2) ,a re athletica. Proprie dicebatur ἐφεδρός in certaminibus, qui observabat eventum certantium; postea cum victore congregiebatur — qui eventum aucupatur, quasi ex insidiis; in universum adversarius, oppositus. Brem. ad h. l.

negaverim. Quod enim XI, 31 Busiris Nilum terrae circumfudisse dicitur hisce: τὸν Νεῖλον περὶ τὴν χώραν περιέρορηξεν durior haec metaphora videtur esse, sed id genus vitia cum sint perrara neque ullum omnino nisi hoc nobis praesto, facile scriptori nemo non ignoscit. —

Continuatis translationibus existere constat inversionem, quam ἀλληγορίαν Graeci vocant, quae pura apud Isocratem nusquam, apertis permixta his locis reperitur: I, 6 ὅσοι τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἐδυνήθησαν, ἧς οὐδὲν κτήμα σεμνότερον κ. βεβαιότερόν ἐστιν. — V, 104 ἦν τοῦνομα τοῦτο διασπίρησις εἰς τὴν Ἀσίαν, ὅπερ εἰς τοὺς Ἑλληνας εἰσπεσὸν καὶ τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν. — VI, 109 κάλλιόν ἐστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, καὶ ψυχῆς, ἣν οὐχ ἔξομεν ὀλίγων ἐτῶν, πριάσθαι τοιαύτην εὐκλειαν, ἢ πάντα τὸν αἰῶνα τοῖς ἕξι ἡμῶν γινομένοις παραμενεῖ. — VII, 18 πῶς χρὴ ταύτην τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν τὴν νῦν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον φερομένην; πῶς δ' οὐ χρὴ δεδιέναι μὴ εἰς τραχύτερα πράγματα ἔξοκείλωμεν; — XV, 320 ἀλλὰ γὰρ αἰσθάνομαι καίπερ ὑπὸ τῆς ὀργῆς βία φερόμενος, τὸ μὲν ὕδωρ ἡμᾶς ἐπιλεῖπον, αὐτὸς ἐμπεπτωκῶς εἰς λόγους ἡμερεσίους καὶ κατηγορίας. ὑπερβὰς οὖν τὸ πλήθος τῶν συμφορῶν τῶν διὰ τούτους γεγενημένων, καὶ διωσάμενος τὸν ὄχλον τῶν ἐνότων εἰπεῖν περὶ τῆς τούτων συκοφαντίας, μικρῶν ἔτι πάνυ μνησθεῖς ἤδη καταλύσω τὸν λόγον.

In eo inversionis genere, quo contraria ostenduntur, est ironia seu illusio, irrisio, quo quidem tropo Isocrates non videtur esse usus nisi VII, 67: *dicens ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν πρᾶότητα δικαίως ἂν τις ἐπαινέσειε τὴν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ δήμου*: ibi enim triginta tyrannorum non tam clementia quam crudelitas carpenda fuit eaque illusio eo est aptior quod ne ,ὁ δήμος' quidem erat πρᾶος: quare verba illa μᾶλλον — δήμου, quae nonnulli editores habuerunt inutilia, deleri R. Rauchenstein bene noluit. Cui tropo oxymoron illud adjungamus, quod legitur VIII, 87: *ἐφοίτων οὐ συμπενηθῆσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλὰ συνησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς*, quam acerbiter restituto librorum illo ἐφησθησόμενοι Benseler quod sustulerit a Kaysero

jure reprehenditur. Alterum oxymorum probum habes IV, 89: τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἡπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας. —

Hyperbolae apud Isocratem permultae inveniuntur, quarum maxime insignes habemus hasce: XIII, 4 μόνον οὐκ ἀθανάτους (οἱ σοφισταὶ) ὑπισχνούνται τοὺς συνόντας ποιῆσαι, cf. IV, 120 μόνον οὐκ ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι καθιστάς (βασιλεύς). — IV, 111 ἤρουντο τῶν Εἰλώτων τιμὴν δουλεύειν, sc. Lysandro qui quamvis μόθαξ non tamen Εἰλώτης erat. — IV, 50 τὸ τῶν Ἑλλήνων ὄνομα πεποίηκε μηκέτι τοῦ γένους ἀλλὰ τῆς διανοίας δοκεῖν εἶναι καὶ μᾶλλον Ἑλληνας καλεῖσθαι τοὺς τῆς παιδείσεως ἢ τοὺς τῆς κοινῆς φύσεως μετέχοντας. — Ceterum inspicias IV, 88. 93. 84. IV, 68. VIII, 21. 44. 56. IX, 78.

Euphemismum quendam conjunctum cum artificiosa circumlocutione legimus IV, 84: ἐκείνων τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἡνάγκαις ἀπέδοσαν, τῆς δ' ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην ἐποίησαν. Similes elocutiones exstant IV, 92: οἱ μὲν διεφθάρησαν ταῖς ψυχαῖς νικῶντες τοῖς σώμασιν ἀπέειπον, οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε θέμις εἰπεῖν, ὡς ἠτήθησαν. et VI, 9: δοκοῦμεν τοῖς μὲν σώμασιν κρατηθῆναι διὰ τὸν οὐκ ὀρθῶς ἡγησάμενον, τὰς δὲ ψυχὰς ἔτι καὶ νῦν ἀητητήτους ἔχειν.

Copiosus quidem sed praeclarus dicendi reperitur circuitus IV, 110: μικρὰς μὲν ποιήσαντες δοκεῖν εἶναι τὰς τῶν προγεγενημένων ἀδικίας, οὐδεμίαν δὲ λιπόντες ὑπερβολὴν τοῖς αὐτοῖς βουλομένοις γενέσθαι πονηροῖς.

Hysterologiae denique tropi exempla duo maxime in promptu habemus: VII, 19, ubi de praesenti atque antiqua reipublicae disciplina Isocrates monet: ποιῆσθε καὶ τὴν ἀίρεσιν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν. et IV, 25, quo loco ad Atticam terram respiciens ille dicit: μόνοις ἡμῶν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει. ¹⁾

1) Quam vocabulorum collocationem rem amplificare edocuerunt ad h. l. Rauchenstein et Schneider, qui tamen de ipsa gradatione figura male hoc loco locutus est. vide Volkm. p. 404, not. 2.

Diximus de tropis Isocrateis, quos perspicuitatem atque evidentiam augere potius quam minuere certo certius confirmaverim. Sed ornatur oratio altera quadam virtute, quam *ἐνάργειαν* Graeci vocant, efficiente illa sermonem vivum ac fervidum ¹⁾. Quam jure in Isocrate a Dionysio laudari quicumque illius orationes perlegerunt consentient. Ac luculentissimum quidem documentum legitur VII, 74: *ἐπίσταμαι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις φύσεις ἐγγιγνομένας καρπῶν καὶ δένδρων καὶ ζώων ἰδίας ἐν ἐκάστοις καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας, τὴν δ' ἡμετέραν χώραν ἄνδρας φέρειν καὶ τρέφειν δυναμένην οὐ μόνον πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς λόγους εὐφρεστάτους ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν πολὺ διαφέροντας.* Nec minus clare atque acriter Archidamus VI, 110 Lacedaemonios ait ita maxime ad bellum iri incitatum, si ante animos sibi proposuerint et parentes de patriae gloria, legibus, victoriis admonentes et liberos terram a majoribus relictam summumque in Graecia imperium a patribus ipsis traditum reposcentes. —

Illustris autem fit Isocratis oratio ac, si Ciceronis licet uti verbis, res paene ante oculos constituuntur imprimis permultis et egregiis similitudinibus, quae sive a natura, sive aliunde sunt petitae. Quibus omnium ditissima est prima illa oratio ad Demonicum scripta neque ullam comparisonem non temere vituperemus. Quanto enim jure scriptor I, 11 commemorat turpe esse, quod dum pictores animalia pulchra depingant, liberi parentes probos non imitentur! Quam egregie adhortatur I, 25 nos ut sicut aurum ad obrussam exigamus, ita amicos in rebus adversis tentemus! Quid vero potest esse aptius, quam quod § 32. mentem vino corruptam idem dicit pati atque currum auriga destitutum? — Ceterum cf. §§. 15, 19, 27, 29, 44, 45. Praeclare denique finitur illa oratio hac similitudine: *ὥσπερ τὴν μέλιτταν ὀρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἐκάστου δὲ τὰ βέλτιστα λαμβάνουσαν, οὕτω δεῖ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπειρώς ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν.* Sed etiam in reliquis orationibus aptis-

1) Quinctil. VIII, 3, 62: Magna virtus est, res, de quibus loquimur, clare atque, ut cerni videantur, enuntiare. cf. Cic. partit. orator. c. VI, 20.

simae leguntur comparationes, veluti IV, 83, ubi I. existere negat viros eis pares, qui, cum in una Troja urbe expugnanda decem anni sint consumpti, omni Asiae exercitu brevi tempore profligato non suae quisque modo patriae salutem, sed toti Graeciae libertatem reconciliaverint. Porro ad eloquentiae auctoritatem distinguendam VIII, 39. 40 exponitur corporis quidem morborum multa esse remedia, sed animis aegrotis nihil existere medicinae nisi orationem quae peccantes castiget quare ridiculum esse quod cum medici urentes ac secantes sustineantur, orationes, priusquam cognitae sint, reproben- tur. XII, 10 qui nec vocem aptam neque audaciam nacti sunt, ii contemptiores ambulare dicuntur quam qui multam reipublicae debeant, quippe quibus spes supersit fore ut debitum persolvant, cum illi naturam mutare numquam possint. Postremo afferantur ea quae XV, 7 de se ipse I. professus est: σκοπούμενος εὐρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο διαπραξάμενος (sc. τὰ περὶ ἐμὲ δηλώσων), πλὴν εἰ γραφείη λόγος ὡσπερ εἰκῶν τῆς ἐμῆς διανοίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν βεβιωμένων διὰ τούτου γὰρ ἤλπίζον καὶ τὰ περὶ ἐμὲ μάλιστα γνωσθήσεσθαι καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον μνημεῖόν μου καταλειφθήσεσθαι πολὺ κάλλιον τῶν χαλκῶν ἀναθημάτων, quibus perlectis quis est cui non in mentem veniat egregium illud Horatianum ¹⁾: Exegi monumentum aere perennius

Regalique situ pyramidum altius et —

Ceterum evolvas VI, 92. 106. VIII, 34. 103. 143. IX, 79. XII, 121. XV, 166. 172, alios locos innumerabiles. —

Sequitur, ut de ipso incremento verba faciamus, cujus quidem simplicissima ratio haud dubio eo efficitur, ut gravioribus elocutionibus contrariae, veluti sexcenties ab Isocrate, opponantur. Confer V, 109 ὁρῶ τὸν τόπον, οὐ μικρὸν οὐδὲ κενὸν ἀλλὰ πολλῶν ἐπαίνων καὶ καλῶν πράξεων γέμοντα et XII, 106 οὐ μικρὸν μέρος ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων παρέδωκαν, ἀλλὰ πάντας τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας. XVI, 44 οὐ γὰρ ἐκπεσῶν, ἀλλὰ συμπολιτευόμενος, οὐδ' ἀναγκασθεῖς, ἀλλ' ἐκῶν, οὐδ' ἀμνηόμενος ἀλλ' ὑπάρχων ἠδίκεῖς αὐτοὺς κ. τ. λ. XVIII, 17. οὐ γὰρ ὅτι τοὺς ἀδικοῦντας ἐκόλαζον, ἀλλ' ἐπίοις καὶ προσέταττον ἐξαμαρτάνειν. cf. XII, 132. III, 1. Deinde gra-

1) carm. III, 30.

vioribus haud raro vocabula opponuntur tenuiora, ut XII, 157 εἰς τοῦτ' ἦλθον οὐκ ἀνοίας ἀλλὰ μανίας, 264 οὐκ ἐθορύβησαν, ἀλλ' ἀνεβόησαν καὶ περιστάντες αὐτὸν ἐπήνουν, ἐζήλουν, ἐμακάριζον. cf. VIII, 80 οὐχ οὔτω τοὺς αἰτίους τῶν ἀμαρτημάτων ὡς τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν sc. εἰώθατε μισεῖν. — Quin etiam plus valet illud incrementum, quo per plures ascendamus gradus; eoque eleganter usus est I. illo loco, ubi discipulorum de oratione illa ad Philippum mitteuda sententias mutatas descripsit. Ac leguntur quidem V, 23: ἡσχύνοντο μὲν ἐφ' οἷς ἐθρασύναντο, μετέμελε δ' αὐτοῖς ἀπάντων τῶν εἰρημένων, ὠμολόγουν δὲ μηδενὸς πώποτε τοσοῦτον πράγματος διαμαρτεῖν, ἔσπενδον δὲ μᾶλλον ἐγὼ πεμφθῆναι σοι τὸν λόγον τοῦτον, ἔλεγον δὲ ὡς ἐλπίζουσιν οὐ μόνον σε καὶ τὴν πόλιν ἔξειν μοι χάριν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. Nec minus egregie VIII, 84. 85 exagitur majorum primo loco rerum suarum ipsorum negligentia (τῶν μὲν οἰκείων ἀμέλεια), alienarum studia (τῶν δ' ἄλλοτριῶν ἐπιθυμίαι), qui Lacedaemoniis Atticam adortis contra Siculos classem comparaverint, deinde imprudentia (ἀφρόνησις), cum suarum ante urbem possessionum obtinendarum impotentes, Italiae, Siciliae, Carthaginis imperii appetentes fuerint, denique amentia (ἄνοια), qua tantum reliquos superaverint Graecos, ut ne summa quidem calamitate docti sint. Ceterum cf. II, 45; III, 42; V, 82. 107; VII, 76; IX, 39; X, 11; XII, 73; XV, 30. 147. 321. — Rarius a majori ad minus descenditur, veluti VIII, 93. XV, 99.

Posse ascribi amplificationi congeriem quoque verborum ac sententiarum idem significantium eamque similem esse figurae, quam ἀθροισμὸν vocant, Quinctilianus recte monuit.¹⁾ Quae amplificandi rationes quoniam difficillimae sunt ad discernendum²⁾ fieri non poterit quin hoc statim loco una absolvantur comprehensione. Atque eis quidem Isocrates aman-tissimus rerum copiose describendarum creberrime usus est, ut VI, 66 οὐδεμία ἐστὶ τῶν πόλεων ἀκέρατος οὐδ' ἦτις οὐχ ὁμόρους ἔχει τοὺς κακῶς ποιήσαντας, ὥστε τευμῆσθαι μὲν τὰς χώρας, πεπορθῆσθαι δὲ τὰς πόλεις, ἀνασιάτους δὲ γεγε-

1) VIII, 4, 27.

2) v. Volk. p. 402, 3.

νῆσθαι τοῖς οἴκους τοὺς ἰδίους, ἀνεστράφθαι δὲ τὰς πολιτείας καὶ καταλελύσθαι τοὺς νόμους, μεθ' ὧν οἰκοῦντες εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν. — Simillima leguntur III, 32. IV, 114. V, 49. VII, 51. XI, 38. XII, 121. 22. XV, 127. 163. XVI, 13 alias.

Neque est, puto, quod in rebus ita congerendis solere Isocratem polysyndeton adhibere hoc ipso loco silentio praeteream. Quod quamvis ad grammaticam potius partem videatur pertinere ¹⁾, orationi certe majestatem ac dignitatem suppeditare praeter illos locos, quos jam supra commemoravimus, testantur imprimis or. IV, 27, ubi leguntur haec: ἀνάγκη προαιρεῖσθαι τῶν εὐεργεσιῶν μὴ τὰς διὰ μικρότητα διαλαθούσας καὶ κατασιωπηθείσας ἀλλὰ τὰς διὰ τὸ μέγεθος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ πανταχοῦ καὶ λεγομένας καὶ μνημονουμένας. cf. V, 79: ἤρη τότε νομίζειν καλὴν ἔχειν καὶ μεγάλην τὴν δόξαν καὶ πρόπευσαν σοὶ καὶ τοῖς προγόνοις καὶ τοῖς ὑφ' ὑμῶν πεπραγμένοις, ὅταν οὕτω διαθῆς τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ ὁρᾶς κ. τ. λ. VIII, 68: οὐ πρότερον ἐπανσάμεθα πολεμοῦντες καὶ κινδυνεύοντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, πρὶν ἠθέλησαν Λακεδαιμόνιοι ποιήσασθαι τὰς συνθήκας τὰς περὶ τῆς αὐτονομίας. XV, 195.

Asyndeton, quod dissolutionem Cornificius ²⁾ dicit, perraro apud Isocratem invenitur neque usquam fere nisi I, 15. 21; VIII, 96; XII, 93; XV, 147. Praeterea non pauci exstant loci, ubi singulari quodam cum artificio duo praecipue participia conjunctione verborum e medio sublata efferuntur, veluti IV, 93: στρατιᾶς ἀναριθμήτου μελλοῦσης εἰς τὴν Ἀστικὴν εἰσβάλλειν, οὐδεμιᾶς σωτηρίας αὐτοῖς ὑποφαινομένης κ. τ. λ., quo loco dissolutio Atheniensium calamitatem eximie distinguit atque illustrat. cf. XII, 160: ἐλπίζοντες — κακῶς εἰδότες. 267: ἴδη τῶν ἡμισέων γεγραμμένων, ἐγγενομένου μοι νοσήματος. XIII, 20: παραλαοῦντες — ἀμελήσαντες. XV, 4: ἴδη ὑπογίου μοι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς οὐσης, ἀντιδόσεως γενομένης περὶ τριηραρχίας. VI, 31: πολέμου μακροῦ γιγνομένου, πεμψάντων ἀμφοτέρων εἰς Δέλφους.

Nec vero minus, quam haec omnia, quae enumeravi-

1) De polysyndeto et asyndeto inspicendae sunt Volkmanniani libri pagg. 402, 403.

2) IV, 30, 41.

mus ornamenta, orationem artificiose distinguere addamus sententias, quae γνῶμαι a Graecis dicuntur, easque quidem ethicam reddere dictionem ¹⁾ (ἠθικὸς ποιεῖν τοὺς λόγους), quippe quae de ejus qui loquitur moribus ac voluntatibus nos faciant certiores. Quibus consentaneum est ditiores esse priores illas Isocratis orationes, quas adhortationes malim dicere, quam forenses atque panegyricas nec reticeamus in his illas esse perraras. Leguntur tamen V, 35 *ἀπαντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν*. VI, 50 *οὐδὲν ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν, ἀλλ' ὡς ἂν χρησθῆται τις τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν*. VII, 4 *τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, ταῖς δ' ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ πολλὴ μετριότης, ὥστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, ποτέραν ἂν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὐτοῦ καταλιπεῖν*. XXI, 6 *δηλον, ὅτι πάντες κέρδους ἕνεκ' ἀδικοῦσιν, οἱ μὲν οὖν ἀποστεροῦντες ὧν περ ἕνεκ' ἀδικοῦσιν, ἔχουσιν, οἱ δ' ἐγκαλοῦντες οὐδ' εἰ λήψοθαι μέλλουσιν ἴδασιν*.

Sed haec hactenus; venio nunc ad ea dicendi lumina, quae maxime propria elocutionis Isocrateae summam ei non Dionysii solum, sed aliorum etiam comparaverunt reprehensionem et castigationem, ad

figuras.

Quarum duo potissimum genera a dicendi magistris solere scimus distingui: figuras sententiarum (*σχήματα διανοίας*) ac figuras verborum (*σχήματα λέξεως*). Jam vero statim ab initio, id quo infra uberius exponetur, teneamus Isocratem cum priore illo genere placidae sedataeque dictionis studiosissimus plane fere abstinerit, verborum figuras, imprimis comparia, prope aequata, similiter cadentia, opposita et q. s. s., non adamavisse tantum, sed justo crebrius ita ut satietatem afferant et fastidium, posuisse. Atque haec quidem

1) De prosopopoeia et ethopoeia exponere a re nobis proposita alienum est. cf. Volkm. p. 235—417.

artificia, quae ipse rhetor esse ait juvenilia ac dedecere hominem canum¹⁾, quoniam cum Isocratis tota periodorum conformandarum ratione ac studio arcte cohaerent, tertio demum capite, quo de compositione Isocratea quaeretur, persequemur. Quae quidem omnis pars cum verborum figuris aptius videatur adjungi, veterum ordinem tenuimus ac priore loco quid de sententiarum figuris commemorandum sit demonstramus.

Perrarae igitur, id quod jam diximus, omnino hae sunt et in solis fere interrogationibus quas vocant rhetoricis continentur; in quibus cumulandis scriptorem esse et frequentissimum et vehementem ac fortem ita ut res, de quibus agitur, amplificari soleant ac distingui negare nemo poterit. Itaque IV, 99 ut ad Athenienses belli cum barbaris gerendi imperium esse deferendum demonstratur, posteaquam eorum erga omnes Graecos enumeravit merita, quid sibi velit I. colligit et ad rem dijudicandam auditores hisce quattuor interrogationibus quasi premit: Atqui imminente cum barbaris bello quosnam oportet principatum tenere? Nonne qui pristino bello maxima laude reportata persaepe proprio Marte periclitati in communibus pugnis palma digni sunt iudicati? Nonne qui ad reliquos tuendos sua reliquerunt et plurimarum urbium antiquitus coloni maximis denno difficultatibus eas eripuerunt? Denique, ut rei quam maximus accedat cumulus, additur: Quomodo vero non indigna patemur, si malorum maxime participes honoribus inferiores existimaremur et olim omnibus praefecti nunc ceteris cedere essemus coacti? — Eiusdem orationis §. 121. quinque deinceps ad efferendam Persarum regis auctoritatem, Graecorum calamitatem interrogationes leguntur, 183. 84. sex, ut accendantur omnium adversus barbaros malitiosos, ignavos, improbos odia. cf. IV, 155. V, 20. 21. VII, 64—66. VIII, 107. 109. XII, 121. VI, 55—57 ubi series sex interrogationum uno interrumpitur enunciato: *ὁ δὲ πάντων σχελιώτατον — περὶ τούτων*. XV, 76. 77 incrementum vestitur interrogationibus: quaeritur enim primum quaenam oratio sit justior magisve pia quam quae majores meritis laudibus celebret, deinde magis politica reiue publicae utilior quam quae

1) XII, 3.

Atheniensibus potius quam Lacedaemoniis imperium esse tribuendum ostendat, denique quae omnino de rebus pulchrioribus et magnificentioribus quam quae restituendam concordiam bellumque barbaris inferendum commendet?

Jam vero hae interrogationes rhetoricae a reliquis Atticorum oratoribus augentur et amplificantur artificio eo, ut aut ipsi interrogati respondeamus aut alii cuidam interrogato nostrum ipsorum subjiciamus responsum. Quae quidem figura (Graecorum *ὑποφορά*, Latinorum subjectio), creberrima illa apud Lysiam ¹⁾, in Isocrateis orationibus ne semel quidem nobis fuit obvia, quemadmodum ab eo omnis ille praesidiorum apparatus, quibus alii animos audientium moveant remque, quam agunt, tueantur, alienus est. Desiderantur enim omnes figurae efficaces haec: praesumptio (*πρόληψις* sive *προκατάληψις*), confessio (*συγχώρησις*), dubitatio (*διαπόρησις*), aversus a iudice sermo (*ἀποστροφή*), communicatio (*ἀνακοίνωσις*), permissio (*ἐπετροπή*), quibus plane destitutae Is. orationes, praecipue judiciales, omni carent vigore et alacritate. Namque in politicis orationibus minus requiruntur, quippe in quibus orator neque coram iudice neque contra singulos adversarios verba faciat.

Emendationis s. correctionis figurae unum nobis praesto est specimen ex or. XII, 227, ubi Isocrates posteaquam Lacedaemonios propter concordiam esse aequae laudandos ac piratas et latrones, qui inter se unanimi alios deperdant, ne quis hanc similitudinem illorum gloriae male convenientem habeat veritus se ipse corrigit Triballisque potius illos comparat, quos omnes dicunt concordēs pessumdare non finitimos solum, sed quicumque sui potestatem faciant.

Praeterea occultationis seu omissionis figurae aptissimae illius ad illustrandam certam quandam rem nonnulla apud Is. exstant exempla, ut V, 22: *ταὐτ' ἀκούσας ὡς μὲν τὸ πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ πάλιν ὡς ἀναλαβῶν ἐμαυτὸν ἀντεῖπον ἕκαστον τῶν πρὸς ῥηθέντων, παραλείψω, μὴ καὶ δόξω τισὶ λίαν ἀγαπᾶν, εἰ χαριέντως αὐτοὺς ἤμνυάμην*, quo loco scriptor se familiares, qui eum de oratione ad Philip-pum mittenda reprehenderant, urbane refutasse cum omittere velit, ut tamen plane reticeat animum inducere non postet.

1) Bloss. p. 407. 8.

Qui quod ad depingendam Atheniensium splendidam ut ita dicam miseriam XII, 54 commemorat haec: *τις οὐχ ἂν ἀλγήσειεν, ὅταν ἴδῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν αἰτούς μὲν περὶ τῶν ἀναγκαίων εἰθ' ἕξουσιν εἴτε μὴ, πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρομένους, τῶν δ' Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους τρέφειν ἀξιούοντας, καὶ χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δ' ἐν τοιούτοις, ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν, vestes significat quam miserimas rei que majus imponit momentum quam addito vocabulo ἡκίστοις. cf. VIII, 81 τὰ μὲν πικρότατα καὶ μάλιστα ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα παραλείψω.*

Extremo denique loco fortasse huc pertinent oppositorum quaedam exempla, quibus non verba solum sed etiam sententiae opponuntur, veluti VIII, 108: *οὐχ ἢ μὲν τῶν ἀττικιζόντων πολυπραγμοσύνη λακωνίζειν τὰς πόλεις ἐποίησεν, ἢ δὲ τῶν λακωνιζόντων ὕβρις ἀττικίζειν τὰς αὐτὰς ταύτας ἠνάγκασεν. cf. V, 115 ἐξ' ὧν ποιήσει τὰς στρατείας οὐ μετὰ τῶν βαρβάρων, ἐφ' οὓς οὐ δίκαιόν ἐστιν, ἀλλὰ μετὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τούτους, πρὸς οὓς προσήκει πολεμεῖν. et X, 5 πολὺ κρεῖττόν ἐστι περὶ τῶν χρησίμων ἐπεικῶς δοξάζειν ἢ περὶ νῶν ἀγρήσιων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, καὶ μικρὸν προσέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν.*

Proximum est, ut de verborum figuris, quibus Isocrates usus sit, quid existimemus exponatur. Quae distribui solent in grammaticas et rhetoricas; et ut illis Isocratem plane fere abstinuisse supra jam vidimus, ita has exceptis illis oppositis eis que illuc spectant sedulo rhetorem evitasse non difficile erit ad demonstrandum. Atque ad eas quidem figuras, quae adjiciendis vocabulis existunt, pertinet ante omnia

Epanaphora s. anaphora (ἐπαναφορὰ, ἀναφορά), frequentissima illa apud Lysiam, apud Isocratem praeter usitatas hasce formulas: *ταῦτα μὲν, ταῦτα δὲ, τότε μὲν, τότε δὲ* et q. s. s. perrara. Attamen erravit H. Frohberger, qui inveniri eam apud hunc scriptorem nisi XVII, 34 omnino negaverit¹⁾; namque, ut omittamus illud quod hic attulit exemplum, non esse epanaphoram, cum non idem repetatur vocabulum, reperitur V, 108, ubi de Philippi patre proferuntur haec: *μόνος*

1) ,ausgew. Reden d. Lys.' vol. I. Prolegg. p. 10 II. not. 69.

τῶν Ἑλλήνων οὐχ ὁμοφύλου γένους ἄρχειν ἀξιώσας μόνος καὶ διαφεργῶν ἠδυνήθη τοὺς κινδύνους τοὺς περὶ τῆς μοναρχίας γιγνομένους. Quo etiam haud scio an jure referam locum XV, 271, quo sapientibus hominibus philosophi opponuntur hisce: σοφοὺς μὲν νομίζω τοὺς ταῖς δόξαις ἐπιτηγᾶναι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ βελτίστου δυναμένους, φιλοσόφους δὲ τοὺς ἐν τούτοις διατρίβοντας, ἐξ ὧν τάχιστα λήφονται τὴν τοιαύτην φρόνησιν.

Polyptoton figuram legimus XVI, 41: τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ δι' ὑμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ὑμῶν, τὰ δὲ μεθ' ὑμῶν cf. 50 τότε μὲν μεθ' ὑμῶν, νῦν δὲ ὑφ' ὑμῶν et IV, 27 ἐν ἧ κατοικοῦμεν καὶ μεθ' ἧς πολιτευόμεθα καὶ δι' ἧν ζῆν δυνάμεθα.

Ac simili modo alienae sunt ab Is. figurae illae, quae verborum detractio ne quadam oriuntur ideoque concinnitati ac perspicuitati facile obstant. Namque ἐλλείψεως duo tantummodo in promptu sunt exempla IV, 136 τὰ μὲν ἔχεις τὰ δὲ μέλλει sc. σχίσσειν et X, 26 τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ' ἤμελλον sc. πορθήσειν.

Zeῦγμα figuram non invenimus nisi IV, 80: σωτήρας ἀλλὰ μὴ λυμειῶνας ἀποκαλεῖσθαι.¹⁾

Ecce quae de verborum figuris id genus proferre poteris; de reliquis, id quod jam significavimus, eo capite, quo omnis rhetoris compositio excutietur, aptius erit agendum: quo facto demum fieri posse, ut et Dionysii et ceterorum, qui de elocutione Isocratea censuerunt, judicia accurate disceptentur, praeterire neminem potest. —

Interim autem relinquitur, ut quod totam hanc quaestionem ad suum finem jam non perduxī argumenti ubertatem temporisque angustias excuseam et hac particula bonae vestrae, viri doctissimi, indulgentiae commendata reliqua primo quoque otio dato absoluturum esse me pollicear. —

1) cf. Rauchenst. et Schneid. a. h. l.



Vita.

Ernestus Otto Gehlert natus sum in Saxonum pago, qui ‚Grossstorkwitz‘ vocatur, d. IV. a. Cal. Iun. a. h. s. LII. patre Augusto, matre Augusta e gente Degeniana, quibus adhuc viventibus ut laeter mihi contingit. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum rudimentis a ludimagistro scholae Wiederaviensis, linguarum autem classicarum elementis a patre imbutus a. h. s. LXVII. Lipsiam me contuli, in cujus urbis gymnasio Nicolaitano imprimis J. H. Lipsii rectoris egregia disciplina Graecorum et Romanorum litteras adamare me edocuit. A. h. s. LXX. maturitatis testimonio instructus almam universitatem litterarum Lipsiensem ut philologiae studiis incumberem adii. Ibi per octies sex menses scholas frequentavi horum praecipue virorum illustrium: Drobischii, G. Curtii, Ritschelii, Langii, Voigtii, Zarnckii, Lipsii, Ahrensii, Ecksteinii ac per bis sex menses societati antiquariae Lipsii sodalis interfui. Quibus viris omnibus summas habeo gratias neque unquam habere desistam. Inde ab Cal. April. h. a. in schola quae dicitur reali praeceptoris extraordinarii munere fungor.

Jan. 8. 1841

